

gent, quia remisso illo caliditatis gradu illi novus calor percipitur, neq; dubitandum & in aliis febribus talem novum calorem adesse, in illo tamen majori gradu caloris minorem hunc non percipi credibile.

Contabescentia totius corporis.

Quær. An destillata, quæ ingrediantur partes habeant vim nutritiendi, cum visi nutriendi consistat in viscositate?

R. Omnidò.

Medicamenta debent esse refrigerantia & humectantia.

Externè etiam adhibentur inunctiones pro spina dorsi, ut & epithemata pro regione hepatis.

*Pulvis antihælicus Poterii* cuius doſis gr. v. est enim medicamentum chymicum ex antimonio, vel per se vel cum aliis pulveribus, potest exinde fieri rotula cum saccharo in aqua roſarum soluta.

## LIEER IV.

DE

### *Affectibus infimi ventris.*

#### C A P. I.

##### *De nimia ciborum appetentia.*

###### §. I.

**A**lli per cupiditatem comedendi definiunt non solum in ventriculo sed & intestino duodeno.

§. 2. Pars affecta; *Orificium superius ventriculi* potissimum est caufa.

§. 3. Causa non solum succus pancreaticus sed & fermentum ventriculiacidus si nitritum effervescat & acescat.

*Salvia* acutus quidem etiam appetitum, sed non potest esse causa proxima interna nimii appetitus; *Chylus* etiam quatenus plus justo detinetur in ventriculo, hoc modo etiam faciliter acescit.

*Aer frigidior* per accidens humorum reddit aciditatem, etiam animi pathemata, quia in iisdem tardius moveatur sanguis sicque crassescit & obstruktiones patit, unde per consequens languis crassescit & acescit.

*Vinum* sedat tamen quia continet in se particulas nonnullas stupefacentes & narcoticas.

Quando cibus non offertur hoc morbo laborantibus, illi facile incurunt in deliquium animi, ideo Practici commendant vinum ut reficiat.

Arg.

*Aromata*, quia participant de sale voluntatili acri.

Innotis Decker, dicit, quod quandoque oriatur à lumbricis, verum lumbrici sunt potius effectus hujus morbi, ex nimio enim virtu assumptu facile generantur lumbrici.

§. 4. Differentia Appetitus caninus & bulimia non solum differunt [1] gradu; sed & [2] in bulimia simul phantasia & imaginatio laeditur, in appetitu canino non item.

§. 5. Signa diagnostica facile sese monstrant fame illa aucta. Desiderium vomendi oritur, quia ventriculus non latit est amplius, ut possit illum copiosum cibum continere; deinde quia vellicantur nervi.

Ructibus vexantur propter nimiam illam ebullitionem, cordisque anxietatem; propter consensum, quia habent nervos ab eodem pari, deinde etiam propter nimiam ventriculi distensionem dia phragma etiam comprimitur, unde difficultas respiratio, quia circulatio non rite fit.

§. 6. Prognostica; oleofitas haec non est naturalis sed potius morbosa, nutritio enim ritè fieri non potest.

De noctu debent surgere &c. 1. propter diarrheam quæ sèpè comitantur. 2. propter desiderium vomendi.

§. 7. Indicationes curativæ. Humor acidus temperandus, quia nullum datur catharticum, quod dicatum sit humoris acido. E. temperari debet, quia nisi sit temperatus nam quam potest evacuari.

Medicamenta purgantia debent esse laxantia, quia humor acido non fert fortiora purgantia, quod in omnibus humo ritibus acidis probe observandum.

In notis Spiritu vini sive aq. vita non convenit contra Deckerum, quia potius morbus augeretur hoc medicamento. Hac sequentia imbibunt acrimoniam.

Creta cerevisia acida injecta imbibit particulas acres sive acidas.

§. 8. Curatio. Rectè addit Auth. dulcia nempe temperata, quia illa dulcia modicè sunt sumenda.

Vomitus non convenit si sit in intestino duodeno vel ductu pancreatico, sin vero causa adhuc hæret in ventriculo, utique commendatur.

Ager ab omnibus cibis acidis abstineat, v. g. aceto, cerevisia acida, cibi non sive conditi arom. &c.

Narcotica] Imprimis theriacarecepsissimè dispensata tutissimè ad 3j. exhibetur, tum quia corrigit malignam qualitatem, quam quidam suspicantur in hoc affectu. Riverius ambram, Decker. vinum salviatum commendat.

Observ. 1. Hic vinum commendatur si modicè sumatur, alias adauger morbum.

Syrup. de Cartham: sive diacnum datur ad 3j.

Melancholicis, spleneticis & hypochondriacis hic affectus communis est, quia humor acidus in iis plus justo est exaltatus.

Observ. 2. Antimon. diaphoret. propter vim præcipitandi, ol. mentha, quia corrigit acida propter oleositatem, spiritus salis armon per se non convenit, sed temperari debet spiritu [vini] aromatico.

Affectus hic fuit curatu difficilis, quia tota massa sanguinea plus justo acida fuit.

*Observ. 3. De infantibus; factum ex nimio acidorum usu.*

*Formule.*

*3. Δæ lachrymis vitis destillata.  
bryonia.aa. 3ij.*

*Syrup. cortic. arant 3vj. vel vij.  
pro 3. vel 4. dosibus.*

*3. Magister. matris perlarum, rasus.  
eboris aa. 3 j.*

*3. stillatitii cortic. arantiar. gr.  
ij. m.*

*S. Stark. Pulver auff etlic mal / e-  
gregie juvat. Decoctum majoris cha-  
momilla omne remediorum genus su-  
perat dicit Hofmannus.*

## CAP. II.

### De Vomitu.

**C**AUSA; Pancreas mediante nempe Glucco pancreatico, quatenus malam & vitiosam excitat effervescientiam, & qua remanent particulae qua deinde ascendunt in ventriculum & irritant, unde subsequitur vomitus.

Lympha crassa & pessimè firmiter adhærens membranæ interiori sive rugis ventriculi, ita etiam ut excuti nequeat, si talis pituita ita inhæreat tum vomitus non oritur nisi ingesto cibo, quia tum moveretur & agitatur pituita, hinc fibra convelluntur, ut spiritus animales inordinatè influant.

Ruga nempe nimis laxæ orificium non exactè claudunt, & tunc oritur continua nausea & vomitus, si scil. fibrae nimis siant laxiores ab humido, & tunc dicunt Galenici facultatem retentricem esse læsam.

Interdum excoriantur &c. illa exco-  
riatio fit à medicamentis nimis acribus,  
ab usu nimio spiritus vitrioli, nitri, à ve-  
nenis acribus, & alibus mercurialibus,  
quaæ particulis suis scindentibus & pun-  
gentibus excoriant tunicas ventriculi.

Pancreas aliquando, &c. patitur ab-

scessum tumque malum non manifesta-  
tur nisi post mortem aperto cadavere,  
quia cognitio morborum pancreaticis est  
difficilissima, pancreas inflatur suppuratur  
& vitiosum generat succum, ipse stom-  
achus lesus à vulnere, ab acribus, atque  
cum purgarij cito per vomitum.

IV. Differentiæ, Vomitus est vel idio-  
pathicus, tumque causa non solum gene-  
ratur in ipso ventriculo sed & eidem in-  
hæret.

Sympathet. generatur ab aliis parti-  
bus, quæ habent contensum, vel propter  
vicinatatem utpote sunt, lien, hepar, in-  
testina, pancreas, renes, quod observatur  
in nephriticis; vel propter similem sub-  
stantiam, unde vomitus frequens est in  
convulsionibus cerebri & meningum affec-  
tibus, in affectu hysterico, in vulneribus  
cerebri, uteri.

Criticus animadvertisit in morbis  
acutis; symptomaticus plerumque in  
Chronicis.

Est vel benignus, qui non adeo gravia  
symptomata habet conjuncta, nec vires  
adeo prosternit.

Malignus

*Malignus, tæpissimè oritur à veneno velab humore corrupto intus generato, ut observatur in febribus malignis & pestilentialibus.*

*Signa diagnostica; Affectus ipse per se satis manifestus est, ut ad ejus cognitionem non opus habeamus signis. Quod tamen causarum cognitionis satis sit necessaria. E. si ab humore frigido & viscido, id est, pituita, tum potius oritur nausea & desiderium tantum.*

*Si àbile non solum nausea, sed semper adest vomitus.*

*Si ab humore maligno, tum adlunt signa febris malignæ & gravia symptomata.*

*Si ab assumptione veneno, adest excoecatio linguae & faecium sive gulæ, fluxus alvi malignus, tremores, motus convulsivi & alia signa malignitatis sentiuntur.*

*Idem fit si hepatis inflam. &c. propter communicatam intemperiem calidam.*

*Ruge laxati faciunt vomitum appetitus perit omnis, quoniam liquos infusente nequit, ventriculus frigidior, fuis nulla perecipitur.*

*Prognostica; Vomitus criticus bonus, quia fit cum morbi levamine & commodo ægri, quia laborat pars quædam nobilis & cessante actione ventriculi tota destruitur animalis æconomia.*

*Ut & ille bonus qui fit à repletione nimia.*

*Symptomaticus semper malus (præsterit si fit à parte nobiliori) adeoq; quovis in morbo portendit periculum.*

*Idiopathicus tutior, v. gr. si oriatur ab inflammatione ipsius hepatis.*

*Periculosus à venenis, ulcera enim ventriculi sunt incurabilia, qualia excitant venena.*

*Indicationes Curative, Vomitus criticus non est compescendum, quia sic inferatur via natura & turbaretur in motu suo; Symptomaticus vero quam primum fieri potest.*

*Deinde pro diversitate causarum conditionis diversæ oriuntur indicationes.*

*Pituita crassa incidenda.*

*Reliqui humores evacuandi, in quibus humoribus non opus est præparatione, quando scilicet satis apti sunt ad evacuationem.*

*Leniter tamen id fieri debet, non acribus medicamentis, & fibris stringentibus & stimulantibus, quia medicamentis fortibus tonus ventriculi turbatur, fibrae magis laxantur. §. VIII.*

*Curatio, convenient purgantia, id est, blanda medicamenta revellentia, alias ventriculus valde labefactatur.*

*Si àbile, succo pancreatico, calculo, utero, tunc convenient clystetes, attuum frictiones, quæ spiritus animales, tum qui motum languinis revellunt ad partes exteriores.*

*Topica præmissis præmittendis impo- nenda ventriculo, quia habent vim miti- gandi dolores seu furorem archei, suntq; adstringentia, &c.*

*V. S. in partium inflammatione si vomitus conjunctam habeant inflammationem, quia revellit & refrigerat.*

*Cætera rocer in febribus ardentibus, febre ungatica; NB. Presente vomitus*

*T 3 maximè*

maximè debemus abstinere à V. S. quia per ealem vomitionem spiritus animales & vires prosternuntur. E. magis adhuc per venæctionem.

Medicamenta.

*Rad. cyp. calam. arom. menth. salv. & brianthus à caula frigida acetos. portulac. tarax. respiciunt caulam calidam. flor. balanstri, convenient propter adstringitionem sive vim adstringendi sem. anethi, citri in causa frigida; frigida semina in causa calida.*

*Aromat. caryophyll. &c. in causa frigida in bile magis nocent quia augetur calor.*

*Vina omnis generis & aceta.*

*Spiritus cinamom. sassafras. vini aromaticus.*

*Aceta convenient propter vim præcipitandi, non per se sed aliis debent admisceri; si à succo pancreatico, magis nocent aceta, si verò bile, pro sunt.*

*Aqua Anhaltina in caula frigida & magis externè quam internè, hinc panem tintatum hac aquâ imponimus, etiam in calido, si rugæ nimis sint laxæ penna inungimus; Aqua imperial. Elixir. citri, Elixir. proprietat. Paracelsi, tintura proprietatis Mynsichti. Aqua adstring. plantag. folior. quercus, theriacal. cynamom. cydoniata valde pro sunt.*

*Syrup. cinamom. corall. myrtin. papav. errat. mastichin. liberant.*

*i Rob berberum. ribum. fimbuci internè & externè, rob ebule comis.*

*Caro cydoniorum & omnia ex cydoniis præparata olea destillata, si ab humore pituitoso & acido à bile magis nocent.*

*Menth. est specific. stomachicum ol. menth. externè in omnibus ventriculi affectibus convenient.*

*Ol. cinamom. cydonior. stomachal. Cratonis; absynth. coctum & destillatum, junip. mastich. colt. & destillat. nucis Indic. destillat. &c. convenient; ut & Conserva mentha, pulpa citri, rad. cichorii.*

*Zingiber conditum, nux moschata condita, calam. arom. condit. cortices arantiarum, citri conditi.*

*Electuar. diacor. Augustan. diacordium externe & interne, externe in forma Emplastrum.*

*Theriaca recens egrégie juvat, sic & mithridatum.*

*Sal absynth. Specific. in vomitu ad 3. b. hinc etiam commendatur à Riverio in febribus ad 3.*

*Tartarus vitriolatus, flores salis armoeniaci. Species aromat. pulv. stomachalis. Quercetani vel Birckmanni; pilulae inter purgantia.*

*Formula medicamentorum purgantium in pituita crassa.*

*Conveniunt hic pilule aloëtica sive Franckofurtenses, quæ possunt acui aliquot granis diagrid. vel resina jalappa. In pulvere potest omitti saccharum & addi 3j. pulveris jalappa, ne excrescat dosis.*

*In inflammationibus & acreidine humorum*

*Syrup. dialcreos Antornaci.*

*Potio ex manna, quoniam in vomitu difficulter retineantur, præstat in minori dosi exhiberi.*

*Extract. Rhei vel Rhabar. folior. sennæ, sanguis Rhei, id est, tintura Rhabarbari, esentia folior. sennæ.*

*For-*

*Formule Medicamentorum preparantium sunt salia varia.*

Ex stomachicis potest vinum medicamentorum præparari, vel

*R. Spirit. dulc. salis armon. vel*

*R. Elixir. vitrioli Mynsichti 3ij. dentur gutt. 15.*

*Elixir. proprietat. Paracelsi 3ij.*

*Essentia absynth. spiritus menthae aa. 3B. m. S. Magen. Essenz / d. gr. 15. de his conjunctim sumptis.*

*In inflammatione sed ad sit excoecatio tunica ventriculi debent dati medicamenta mucilaginosa & lenientia, ut ex semine psyllii, cydonior. gummi tragacanth. adde syrup. de rosis siccis, quia etiam consolidat, mel rosatum urgente dolore. Si à veneno vomitus, convenientiunt opiate cum confectione Alckerm. (quæ nempe confortant ventriculum possunt addi,) cum syrup. cinamom. potest dari Authoris pulvis.*

*Emulsiones vulgares inflammationem fistunt & acrimoniam humotum obtundunt, v. gr.*

*R. Amygd. dulc. 3B. sem. melonum, consumer. aa. excorticatorum 3ij. papav. albi 3B. contusa emulgeantur cum aqua folior. querc. plantag. taraxaci aa. 3ij. adde aqua. cinam. landan. opiat. gr. ij. cydoniata 3B. manus Christi perlat. ad gratiam, Dragen stärkende, Milch alle 2. Stund 2. Löffel voll.*

*Topica imponuntur vel in forma Emplasti, linimenti aut olei.*

*Emplastrum potest simplicius præscribi. m.*

*R. Emplast. stomachal. q. s. ducatur super alutam & illinatur oleo mastich. vel stomachic. & obducatur lyndone rubr. informascuti, S. Pflaster.*

*Vel in forma Authoris potest addi 8° o stomachal. Cratonis. Potest præscribi in majori dosi, citr. potest addi cinam. piper. juniper. bals. vitæ, balsam. gummi caranae potest substitui Tacamahaca.*

*Observe. 1. In tali casu si ab exulceratione oriatur convenientiunt quæ habent vim infringendi acida & aciditatem illam, v. gr. oryza, hordeum, mucilag. cydonior. nec non pingua buryrum recens cum cerasa revisa calida, oleum lini, amygdalar. olivarum.*

*Observe. 2. Omnes enim morbi pancreatici sunt satis cogniti difficiles, & non nisi post vel per mortem manifestantur.*

*Etiam ad hunc morbum pertinet vomitus cruentus, qui admodum est periculosus, si quidem vitæ thesaurus sanguis nempe profunditur, hinc facile in animi deliquium incidentur.*

*,, Causa vera est obstructio arteriarum,  
,, Uteri & lienis, hinc omnes illi qui incidunt in talem vomitum sunt sive splenetici vel laborant restringatione & obstrunctione mensum, unde sanguis acriter factus aperit arterias coronarias, & per illas apertas in ventriculum regurgitat.*

*,, Methodus medendi longe alia est, nec enim convenientiunt purgantia nec linientia, sed potius sanguinis grumos dissolvantia & consolidantia, hinc affectus si aliquoties infligit sequitur facile mors subitanea vel incurrit in cachexiam.*

#### Formula.

*In omnib. ventriculi affectib. & imbecillitatib. sive appetitu prostrato, vomitu, inflammatione, intemperie, anorexiæ &c. tenebras lacculus ventriculo potest imponi*

*R. Co-*

*R. Comar. absynth. menth lavendul.  
aa.mj.*

*mastic tacamahac. nucis moschat.  
aa. Zi.*

*flor. anthos. lavendul. rofar. aa.mj.  
salis tosti Ziij. aspergantur spiritu ab-  
synthii vel ▽ Anhaltina, & includantur  
sacculo. S. Magen-Säcklein/ in omnib.  
ventriculi affectibus.*

*R. Gum. ladan. resin. pini aa. Ziij. du-  
cantur super alutam, f. Emplastr.  
S. Magen-Pflaster.*

*In anorexia sive appet. prostrato non  
datur sequenti praestantius.*

*R. Pulv. cortic. arantior. Ziij. Tart.  
vitriolati*

*Salis absynth. aa. Zi. m. f. pulvis. S.  
Appetit-Pulver eine gute Messer,  
spitzvoll aufz i. m.*

*Recipe Conserv. rofar. vitriolat. Ziij.  
Electuar. diacon. Augustan. Zi. Spir.  
mentha Zi. m. f. conditum D. magni-  
tudine nuc. castaneæ sive juglandis.*

*Recipe Pulv. stomachal. Quercetani  
Ziij. fæcul. aronis Zi. Eboris sine igne  
Dij. pulv. hepat. rubr. Ziij. m. f.  
pulvis S. Magen-Pulver.*

*Recipe Olei stomachal. Craton. Ziij.  
(Ziij.) stillatitii menthe, gt. vi. Zedo-  
ar. Caryophyllorum aa. gt. v. corpo-  
ris probalsamo q. s. m. S. Magen-  
Balsam.*

*Vel Recipe Balsam. Pernuvian. ali-  
Dij. ol. stomach. Craton. Zi. stillatis.  
mastic. macis aa. gt. vi. nuc. mo-  
schat. express. q. s. pro efformando  
balsamo. S. ut ante.*

*In Vomitu & Cholera.*

*Recipe Aquam cinum. cydoniat. Ziij. Sy-*

*rup. coraller. Zi. spirit. mastic. Dj. ad  
Zb. S. Stärke Safft.*

*Recipe Spirit. theriacal. mastic. aa. Zi.  
S. Spiritus gegen das Brechen zo.  
Tropfen a. i. m.*

*Recipe Aquarofar. plantag aa. Ziij. succi  
cydonior. aceti rosacei aa. Zi. pulv.  
santal. rubri. rofar. succur. aa. Zi.  
gallie moschat. Zb. caryophyllor gr.  
iv. m. f. Epithema S. Rüffschlag  
mit doppeln Tücher über den Mag-  
gen zu legen.*

*Recipe Lycis Zi. ol. cydonior. Zb. lique-  
fiant simol & fiat dropax, qui sto-  
macho applicatus vomitui prælens  
adferit remedium.*

*Si vomitio oritur à veneno quod fre-  
quens in febris maligno; conve-  
nunt sequentia.*

*Recipe Opiata bezantica Timei à Guls.  
denkle Zi. solvin aq. plantaginis.  
S. Eranci. a. i. m. Cujus descriptio  
hæc est.*

*Recipe Theriac Andromachi Ziij. confect.  
de hyacinth. Zb pulv. bezoart. Sennerti.  
Zi. Magist. Amaragd. perlar. corall rube-  
ra. aa. Zi terra sigillat. Ziij. extract. tor-  
mentill. contraserv. aa. Div. cum syrupo  
de scordio, fiat opiat. felices etiam edit  
effectus in dyenteria, alv. fluxu colli-  
quativo & symptomatico; potest dari  
ad Ziij. vel per se vel in forma pulver.  
vel potest dissolvi in aq aliqua, vel po-  
test dati in forma boli.*

*Purgantia in affectibus Ventriculi.  
Recipe Pulv. rad. galapp. Dj flor. salis  
armoniac gr. iv. facul. aronis, gr. vi.  
m. f. pulvis. S. Purgariend Magen-  
Pulver a. i. m.*

*Recipe*

**¶.** Mass. pilular. hiere picr. acum agarico; pulv. Syrii] id est, diagiti-  
du] gr. iv. cum oleo stillatitio ab-  
synthii, f. pilulae. S. Magen-Pils-  
len auff einmal.

**¶.** Extract. pilular. Russi Dj. Mer-  
curii dulcificati oleo sulphuris cor-  
recti. diagrid. aa. gr. vi. o<sup>o</sup> anis.  
gt. j. cum l. q aqua cinam. f. pilu-  
lae n. 9. S. ut ante.

Pertinet etiam hoc singultus, quia pe-  
riculosum symptoma est in febribus sive  
morbis malignis, curatur alexipharmacis,  
theriaca externè & internè. Vel

**¶.** Extract. theriacal. D<sup>o</sup> conserv.  
menth. Dj. laudan. opiat. gr. i. o<sup>o</sup>  
stillatit. menth. gr. j. m. f. bolus:  
vel

**¶.** Theriaca optimè, gr. xii. laudan.  
opiat. gr. i. f. ad summum 2. S.  
Vermischter Theriac auff eins  
mahl.

Cofterus optimo cum successu sequens  
Regi Suecia exhibuit.

**¶.** Aq. mastich. theriacal. aa. 3ij.  
Spir. anseric. D<sup>o</sup>. tintetur. bezo-  
art. Dj.

Effent. castorei D<sup>o</sup>. S. alle zwey  
Stund zwey Löffel voll gegen das  
Schlucken.

Non raro ex improviso deglutuntur  
acus, vitrum vel alia, si hoc sit convenis  
pulmentum ex sola farina vel frumento  
Sarracenico, cum aq. grosse coctum, de-  
bet assumi magnain quantitate, & eger  
abstinere debet à potu per viginti quatuor  
horas: sepe etiam vomitus cruentus ex  
arteriis lienis obstrutis, ubi convenit se-  
quens.

**¶.** V plantag. polygon. aa. D<sup>o</sup> julep.  
rosar. 3ij succicydor. syrup papav.  
errat. aa. 3j m. pro tubus dosi-  
bus. S. Granck vor diem mahl.

**¶.** Succi acacia inspissat. & succo cy-  
doniorum parum molle. d<sup>i</sup> 3ij.  
terra sigillat. lapidis hematit pia-  
parati, corall. rubr. preparat aa.  
D<sup>o</sup>. cum syrupo cydoniorum, fiat  
opiat. S. ein Messer spitz voll auff  
einmahl.

**¶.** Tinctura corall. vera 3ij. S. ix oder  
xi. Tropffsen auff einmahl.

**¶.** Extract symphyt 3i liquiritiae Dj.  
extract. ligni aloës, gr. vi. bal-  
sami rosar. optimi gr. ij. sac-  
charicandi albi in aq. analo-  
ptica soluti 3j. ij. vel ij. folia  
auti finissimi o. iv. f. l. a. confe-  
ctio in mortulus.

### C A P. I I I.

#### De Scorbuto.

§. 1.

**V**eteribus hic affectus creditur fusse  
ignotus, nisi alio cum nomine eum  
crediderint.

Definitio A. est prava nutritio: Hæc  
definitio est nimis generalis & insuffici-

ens, competit enim etiam atrophie & ca-  
chexie. E. symptomata addenda, que  
Decker. recenset.

Non est unus morbus sed multorum  
congeries à sanguine peculiariter corru-  
pto, cum maculis.

Uu

Pars

*Pars affecta;* non est lien (uti Sennert. putat) nec hepar, ut quidem Veteres dicebant, quod quidem concedi potest secundariò sed non primariò, glandulae mesenterii congregatae & conglomeratae, & in Auth. dictas partes affici certo certius est. (in affectione hypochondriaea afficiuntur lien & hepar, Veteres dicebant.)

*Causa;* est chylus inquinatus inscorbuto, unde verò illud fiat, an à ventriculo sive aliunde, controvertitur.

Nihil est in rerum natura quod talem habeat convenientiam cum sanguine nostro quam vinum, quod constat ex particulis sulphureis, Spirituosis, salinis & phlegmate (unde etiam est quod vinum ad eum citò & egregiè reficiat & lac lenum dicatur: ) quæ omnia etiam constant in massa nostra sanguinea, jam cognito modo quo vinum corrumpatur, potest etiam facile judicium fieri de sanguinis depravatione. Corruptum vinum variis ex causis;

1) Si vino aliquid heterogenei admiscetur, quod non pertinet ad illius constitutionem, unde oritur effervescentia, nimis agitur fitque acidum; Eodem modo si aliquid cum sanguine misceatur heterogenei, quod non possit misceri cum eo, etiam nimis ebullitio, talisque turbulenta crassities.

2) Si vinum nimis diu conservetur, fit oleosum seu mucilaginosum, ratio, quia si per tot tempora servetur, Spiritus vini subtiliores partim avolant, partim ab aliis particulis quæ anteā erant sub ejus imperio supprimuntur, & quædam particulae salinae & sulphureæ si sulphureæ nanciscantur imperium, vel si salinæ orientur

effervescentia, fitque vinum hoc modo acidum & rancidum.

Hæc omnia possunt applicari mæstæ sanguineæ, unde duplex ejus constitutio- nis species observatur in scorbuto, salino-sulphureo & sulphureo-salina, si particulae sulphureo-salinae prædominantur, sanguis fit acidus, sal ejus est cœcum & mu- cilaginosum, & in hac specie convenienter antiscorburica, quæ sunt valde volatilia, ut salia illa fixa in sanguine volatilisentur, quæcrassa sunt attenuentur & resolvatur.

Probatur hoc à copia symptomatum in omnibus corporis regionibus: si consu- latur regio suprema, adsunt sopores, vi- giliæ, dolor capitis, convulsiones, dolores lancinantes & lacerativi, quæ omnia à lympha non possunt induci.

In secunda regione adest respiratio dif- ficultis tussis: cardialgia, palpitatio cordis, lipothymia, quæ à solo ventriculo affecto non proveniunt.

In tertia adest dolor colicus, vomitus, diarrhoea, lienteria, in artibus adsunt etiam contracturæ, convulsiones.

Rebè ideoque dicit scorbutum Author pravam totius corporis nutritionem, quia non solum afficitur sanguis sed & spiritus vitales & animales, immo & ipse succus nu- tritiū & nervosus.

§. 3. *Causa;* Vera est aer, E. generatur per contagium & non semper ab errori- bus vicius; cum obseruemus Tartaros maximè crudis & salitis difficilis que co- cionis velci cibis, nunquam tamen feura- rò scorbuticus observatus fuit in ipsis regionib. quia nempe aer apud ipsos non est ita putridus; Nec in causa est mare aut ejus halitus, cum Veneti in medio mari siti nunquam scorbuti sunt.

Aer

Aëris est vera causa scorbuti, qui omnis generatur per contagium qui aëris non unicum solum inquinat partem, sed totam massam sanguinem, & quia ad sunt etiam talia symptomata quæ à sanguine non pro proficiscuntur, ipse etiam succus nevolutus effectus esse concluditur, & sic etiam in nervis potest esse scorbutus.

9. 4. Differentiae; ubi predominantur salia volatilia ibi semper se probat manifestus calor, ibi convenient beccabunga & nasturtium aquaticum.

Si tamen accurate velimus loqui unus est salius alter acidus est; Salus ubi prevalent salia volatilia, in quo tanguis facile effervescit & ebullit.

*Acidus*, ubi sanguis valde est crassus, limulos & mucilaginosus acidus.

*Author* putat obstrui glandulas mesenteria pituita, unde seriosior solum pars transgrediat, sed impossibile est omnia illa symptomata posse provenire inde.

*Signa diagnostica*; sunt varia, conque-  
ritur de dolore &c.

*Gingivarum laxitas*, quæ ab aliis pro signo pathognomonicus habetur sed sepe deest, quoniam particule serosores com-  
municantur superficieis seu alius parti-  
bus.

Nec etiam maculae & tubercula semper reperiuntur in scorbuticis preprimis  
ubi sanguis est fæculentus & oleosus; E. ob istam fæculentiam partes ejus crassiores superficie cutis communicari, & per ejus pores transire & transludare non possunt.

*Valde sunt melancholici* nempe in illa specie ubi sanguis valde crassus & fæculentus est, in altera vero (ubi sulph. præ-

dominatur) sunt satis dispositi ad varias excursiones, ad hilaritatem.

*Prognostica*; Scorbuto fixam habens sedem tardò curatur, nisi quandoque palliative, impossibile enim est sanguinem taliter corruptum ad naturalem reducere statum.

*Pulsus* in scorbuto sanguinis limosus adeoque ad circulationem inepti sunt tardos, debiles, languidi; Velocior vero & frequentior in altera specie, ubi sanguis magis est fluidus.

*Respiratio difficilis* ut & palpitationis cordis non est adeo periculosa, quia hic non est signum malignitatis, sed quia scorbutus est infestus facultati vitali.

*Diæta* in hoc malo est optima medicina, quam sufficientem præterbit venetus in praxi; Nota; *Nocent valde omnia acida, fumo assata & nimia salita.*

*Causa*, quod scorbutici non laborent peste & non facile inficiantur à mōbs venenosis nec etiam facile fiant dyenterici, consistit in hoc (1) quod in primâ specie ubi sanguis est crassus & fæculentus, contagium non potest lese insinuare, quia non invenit poros sanguis valde tenax est & fibi cohæret.

(2) In altera specie sanguinem naturam semper amandat & protrudit ad superficiem, sicuti patet ex exulceratione & excoriatione, hinc quamvis contagium & malitia horum morborum communicantur massæ sanguineæ, evibrantur tamen iterum verius superficiem nec statu in quietumque inveniunt locum.

*Hydrops* sequitur quia vitiata est nutritio.

Uu 2

Respi-

Respiratio difficultis adest; si scorbutici febricitent valde laeditur respiratio in ipso paroxysmo, ut videantur quasi suffocari, quia pulmo laeditur per consensum à vaporibus stipticis, quæ sese agglomerant diaphragmati & organis respirationi dicatis. Aquesi per consensum non est periculorum signum. Sin vero respiratio difficultis causatur ob obstructionem vel tumorem pancreatis, tum periculum est signum.

*Maculas non multi facio dicit Auth. quia sunt in parte ignobili.*

Tumores partium proveniunt, quia tartarus magna in copia mittitur ad partes remotores, adjunctum habet serum, quod dissipatur & evaporatur, tartarus vero relinquitur, unde oriuntur tumores.

*Indicationes curative dicatae sunt roti massæ sanguineæ.*

*Curatio; Hæmorrhoides convenienter, quando sanguis limosus est.*

*V. S. non prodest propter spirituum inopiam.*

*Purgantia fortiora malum exasperant, unde potius lenientia adhibenda,*

*Si sanguis est faculentus indicatur pessatio & inciso per salia volatilia quæ fixa possunt resolvere.*

*Medicamentum.*

*Vis consistit in sale volatili. E. vulgaris destillationes non convenient.*

*Formulæ Authoris sua constant laude.*

*Dictata Medici.*

*Decoctum lichenis.*

*R. Rad. succis. aristoloch. rotund. aa. ʒij.*

*fol hepat. nobil. eupator. cochlear. aa, mj.*

*Lumbricor. terrestrium num. iii. sene. cochlear. fænicul. aa. gr. xv. Salistarri gr. viii.*

*Tamarind. ʒb. fol. sennæ fl. ʒj.*

*Rhabarb. [i. Rhei] electi ʒj. Infundantur per noctem in sero latte servido, manè exprimantur & colentur sine coctione; Colatur. R. ʒij. vel iii. adde manna electa ʒj. aq. antiscorbut. cochlear. aa. ʒb. Mise. t. potio pro una dosi, non solum est specificū sed & leniter evacuat.*

*Vel R. Extraēt diacitr. ʒj. solve in aq. antiscorbutica frigida Timæ, adde syr up. rosar. solutiv simplicis ʒj. Crem. tart. Əj.*

*Nota; Auth. in satis magnâ copiâ addit diagridium, ubi gr. 6. addit, possunt sufficere 3. vel 4. ut in suo pulvere.*

*Formula medicamentorum preparantium, ubi convenienter medicamenta chalybeata v. g.*

*R. Tinctor. Etis aperitiv. ʒb. S. Stahl. Essenz chalybeata enim habent vim fundendi languinis crassitatem & simul tollendi obstructions.*

*Circa decoctum ex radice filicis, Chine Et. nota potest exinde parati purgans ad dimidiā partem, si addantur fol. senn. ʒij. incolatur. dissolute syr. de cichor. c. Rheo vel rosar. solutiv. ʒj.*

*Spiritus salis dulcis Et. hinc talis formula.*

*R. Spir. cochlear. filicis aa. ʒj. Salis armoniaci acidi ʒb. Misc. S. Essentia scorbutica dentur git. xv. pro dosi.*

*Vel R. Essentiam pini ʒij. Spir. salis dulci. ʒj. Misc. S. Essentz xv. oder xx. Tropfen in aq. sequenti.*

*R. Aq. summitat. pini, cochlear. aa. ʒij. theriacalis ʒj. Syrup. antiscorbutici ʒb. S. Wasser zur Essenz.*

*Pro*

*Pro confortatione nihil efficacius tintura cortalior. quæ potest dari ad gt. xi. vel xv.*

*Nocent & coctiones & distillationes. E. per solam expreffionem debent præparati medicam, antifcorbut. pp. falia volatilia, hinc sœpe prestant succi, quia vero sunt crudita corrigitur.*

*R. Fol. cochlear. nasturtii aquatichi, beccabung. aa. Mijj. contulsi exprimatur succus, adde succi aurantior ʒj. (tum enim præcipitanter partes crassi succorum, per inclinationemque separatur succus.) S. Saft alle Morgen 2. oder 3. Löffelvoll zunehmen.*

*Medicamenta ad Symptomata ab auctore tradita possunt tuto adhiberi.*

*Ad Respirationem difficultem; Nota causa vera consistit vel in subitanea jamm*

*tum grumeſcentis sanguinis in angustiis palmonum permeaculis, stagnatione; velex irritatione convulsiva nervorum spirandi organis inservientium. In priori caſu convenient clysteres, V. S. Tinctura croci, enulae, caſtorei, Elixir proprietatum, confectio alkerm. sal volatile viperarum, fimi equini; in posteriori caſu convenientis antispasmodica; Spiritus ſalis armoniaci, C.C fuliginis, ſanguinis humani, cranii humani; Nullum tamen preſentius remedium datur tinctura laudani opiatu.*

*Dieta; fugiat cibum difficultis coctio- nis, caseum, carnes fassis, fumo indura- tas, marinos pisces; Embammata ex na- sturtio, raphano rusticano & ſinapi parata ſemper opponantur; Potus ſit cerevilia bene cocta fermentata & allervata cum foliis cochleariae, pimpinella &c.*

## C A P. IV.

### De Hydrole.

**V**eteres ratione partis affectæ accu- tant Hepar, verum multi dantur hydropici, in quibus hepar adhuc ſaluum: interim ſecundacio poſſe etiam affici non negamus.

Hydrops tenſum contrahit, præ- pmissi non ex ingurgitatione nimia (tunc enim intra paucos dies poſte generari) lymphæ, non ſolum in vasis lymphaticis ſed & in toto genere venoso.

*Causa; Remotæ; primò Calor febrilis hinc qui in quartana aut tertiana errorem in cibo & potu committunt, fiunt facile*

hydropici, quia calor labefactatur, unde vitiosus deinde chylus generatur.

*Etiam longe obſtructions que prece- dent hydropem hepatis & lienis, unde impeditur ſanguinis circulatio & ventila- tio & modo acrior fit.*

*Obſtructio etiam mensium, quiapropter reſtagnationem ſanguinis acrimonia præternaturalis inducitur, calor que na- tivus obruitur à ſanguine iſto faculento.*

*Evacuationes nimia etiam præprimis hemorrhagia propter ſpiritum vitalium diſipationem.*

Uu 3

Diffe-

*Differentia;* Tres sunt species; *Ascites*, cuius causa est serum extravasatum & re-stagnans in abdomine, si nimis sit ad pedes etiam venit.

*Timpanites.* Causa est serum cum fla-tibus.

*Anasarca;* Pars affecta est totus cor-poris habitus.

*Diagnostica;* Satis incurrit in sensus, ad distinctionem tamen speciem requi-quentur lequenter distinctiva.

In *Ascite* apprehenditur tumor abdo-minis cum fluctuatione humoris serosi, adest simul tumor pedum.

*Tympanites* nunquam invenitur sine *Ascite*, quia nonq; flatus reperiuntur sine sero, adeoque distensio in muscularum ab-domine est major, & magis rigida propter flatus qui a magis diffundunt.

In *anasarca* est tumor totius corporis præprimis circa palpebras oculorum de-prehenditur.

In gravidis non raro signa hydropsis re-periuntur, ibi cautè agendum Medico, ne abortum exciter, exhibendo medicamen-ta serum eduentia: E, respicere debet ipsam mensum suppressionem, verius re-gionem uteri an tumor magis vergat & can-didit signa imprægnationis.

*Prognostica;* Hydrops si oriatur à ca-lore nativo suppresso à mensum restagna-tione à viscerum obstruktione, raro cur-atur.

Sin verò propter nimiam ingurgitatio-nem aqua aut potus frigidi, ut in messori-bus, facile curatur per catarct, & diure-tica.

Infantes sunt hydropici propter addi-phagiam & voracitatem.

Ergo beneficio medicamentorum ceu-ditates evacuati possunt.

Indicationes Curativæ; *V. S. noxia*, qua studendum conservationi caloris na-tivi, hæc verò consumit succum nutritiu-m & dissipat Spiritus. Si tamen oriatur ab obstruktione mensum tum imperanda *V. S.* præprimis in morbi principio ubi in-dicatur.

Lympha se si osior temperanda, lympha si diu retagnat incertæscit, fit viscidior & glutinosa, hinc præparantia & incidentia adhuc bentur, partus enim subtiliores avo-larunt.

Medicamenta catarratica validiora plus nocent quam prouident, præprimis si visce-rum robora fuerint corrupta & debilitata.

Sudorifera etiam præservantur, si tam-en ab errore circa potum orcus fuerint in-cessibus in principio conveniunt.

Verum si helictica & atrophia adfuerint nocent sudores, in *Anasarca* magis pro-sunt sudorifera, quia letum reperitur in ambitu corporis, ejusque totum habitum occupat.

*Posset Vomitus;* Exulare debent Eme-tica medicamenta, si enim fuerint linio-na-nibil faciunt ad naueam solum exci-tant, sin fortiora debilitant viscera, imò resolvunt tonum ventriculi, cujus fibrae jam relaxatae fuere propter nimiam humi-ditatem; Imò etiam si fortiora (& Mer-curius pple) emeticæ fuerint exhibita, ta-men vomitus non sunt securus, sed per al-vum ingens evacuatio secuta; ratio, quia acida auferunt vim Emeticam, sicut Spi-ritu nitri infringit vim antimoni, Spir-ituoli vim gitt, git, corrigit, jam in hi-dropice

*dropicis invenimus talia acida nempe serum quod est acidum, unde illud serum lixiviosum infringit sal volatile Emetorum. E. non placet Sennert. sententia.*

*Curatio; Humores restagnantes indicant sui evacuationem, & cum non sint disposita sed viscida, præparationem.*

*Paracenthesis cum fructu instituitur, si viscera sunt adhuc fortia, verum cum nemo facilè tamen in principio admittat operationem violentam, inde est quod nunquam faciliter procedat.*

*Deinde debet fieri in umbilico eminente, jam autem non eminet, nisi plane tumeat venter & serum corpus distendat, unde viscera non possunt esse magis evanescere sed sunt corrupta.*

*3. Sentiente Hippocrate est operatio periculosa.*

*Ratio quare serum confertime aquatum inferat mortem hæc est, quia serum partim fluidum adhuc partim glutinosum & viscidum obstruit oscula & orificia vasorum, evacuato hoc oscula aperiuntur & hiant & sic sanguis paucus qui restabat una cum spiritibus vitalibus evanescatur.*

#### *Medicamenta.*

*Lixivium benedictum Alpinsichti, aliud lixivium quod Vienna est in usu magni est momenti & est tale.*

*Rx. Herb. absynth. Card. bend. agrimon. Sudonella, genista cum tota aqua. M. iv.*

*Summitur junip. cum toto M. viii. Comburantur & aliquoties lixivientur cum aqua fontana seu fluviali; Colatur Rx. Rd. iij. adde syrup. de althaea, de g.*

*radicibus aperient aa. 3iij. Spirit. salis Div. dosis 3iv. vel v. Subsequuntur post usum hujus lixivii vel aliorum etiam, atroces dolores colici, quia lixivium est valde acre, corrodit & pungit viscera interna & serum in cavitate abdominis restagnans exagitat. Ergo occurrentum cyste anodynō paulo post ejus usum, qui potest fieri ex lacte, externe etiam anodynā seu dolore mitigantia applicari possunt.*

*Potest etiam ex tempore tale lixivium prescribi.*

*Rx. Ciner. diuretic. Mynsichti M. iiiij. vel iv. (3iij.) Injiciantur cum nodulo vieno, vel lixivientur cum ▽.*

*Rob. de spina cervina est egregium.*

*Syrup. domesticus f. de Rhamno 3j.*

*Succus lumbricorum terrestrium comunque sal volatile.*

*Cineres bufonum: Commandantur in hydrope: vid. Wierum.*

*De dosi Authores non conveniunt, putamus nos ß. sufficere pro 1. dosi, subiude & sensim potest augeri ad 3j. Sed non nisi desperatis exhibendus pulvis bufonum, est enim medicamentum periculosum.*

*Purgans ex radice Iridis &c. Præstat si medicamenta in forma sicca quam liquidam exhibeantur, purgantibus etiam leaper admixtanda diuretica.*

*Si post usum violenti catarrati (purgantis) venter non detumescat, malum est desperatum, nam innuit serum contineri in ipsis visceribus & viscera esse indurata, colligique serum magnâ in copia in vesiculis mesenterio adhaescentibus.*

*Ende*

*Sudoriferum*, Recommendatur etiam *theriaca*, non solum enim confortat viscera interna sed & serum dissipat.

*Observationes*; In 1. ma ostenditur, quod lympha variè possit indurari pro diversitate temporum, quando in calcem est resoluta non curatur.

In 2. probat paracenthesin esse periculosa & non posse sanitatem per eam integrè restituiri.

Tale hydragogum potest prescribi.

Recipe Rob. Ebuli, magister. jalappa gr. xv. ad xviiij. Crem. Tart. ad 3j. cum f. q. Syrupi domestici, f. Electuarium. S. Purgier. Lattiverg auf feinmahl.

Inter diuretica praecepsit pulvis hic.

Recipe Salis genista, absynth. stipitum fabarum, veronico, junip. ebuli, tartari diureticorum aa. 3j. Milc. f. pulv. dos. 3*lb*. singularis horis matutinis cum juseculo.

Tympanitis requirunt peculiaria medicamenta. Carminativa que exhibentur vel internè vel cum clysteribus injiciuntur.

Tale sit Enema.

Recipe Folior. ruta. flor. chamomill. sambuci.

Summitat. anechi aa. Mj.

Sem. anisi, foeniculi, carvi, cumini aa. 3*lb*.

Coque in aq. simplici; Colaturæ Recipe 3*lb*. adde vini malvatici 3*lb*. Elix. vit. Matthioli 3*lb*. olei septem florum Myrsinæ 3*lb*. carminativi compositi stillatitii ejusdem 3*lb*. M. f. Euema quod flatus egregie educt.

Recipe Tinct. ligni sassafr. 3*lb* effent. carminat. Timæ à Guldenklee 3*lb*. M. dentur, gt. xxv. in Tympanitiæ.

## C A P U T V.

### De Dysenteria.

**D**efinit. concedi potest, potest etiam secundum alios definiti, *Intemperies maligna aëris & corrosiva cum ulceribus intestinorum.*

*Helmontius & Cremsius* intestinorum ulcera adesse negant, probant hoc modo; quoniam impossibile esset ulcera intestinorum tanquam partium membranarum ita facilè & tam brevi temporis spatio posse iterum consolidari & curari, quorum tamen intra sex vel septem curationem alii promittunt.

*Ba.* Verum distinguimus inter varios exulcerationis gradus; alia exulceratio est benigna, ubi ulcera non sunt profunda, que exulceratio superficiaria intra illud spatum potest curari; In dysenteria vero maligna ulcera se extendunt ad medianam, imo quandoque ad primam tunicam, quæ sane vix intra tres aut quatuor septimanas possunt consolidari.

Partes affectæ; Sunt intestina tenuia & crassa, quandoque afficiuntur tenuia in consensu simul trahuntur crassa, non contra.

contra. Reliquæ etiam partes in consen-  
sum trahuntur non solum ventriculus sed  
& hepar, lien, uterus, ita ut fiat quasi con-  
geties multorum morborum ; In lethali  
dysenteria ventriculus in consensum tra-  
hitur vel propter communem interiorem  
tunicam intestinorum tenuis inflam-  
matam. Vomitus enim in dysenteria le-  
thalis signum.

*Causa*, variæ agnoscit dysenteria cau-  
sas ; oritur, vel à massa sanguinea per con-  
tagium infecta, vel à coctione maligna in  
ventriculo. Peccant hoc in morbo hu-  
mores corrosivi & acres, quod probant  
effectus, solutio sc. continui, vehementes-  
que & acerbitati dolores, qui non fieri  
possunt nisi à particulis scindentibus ; Ve-  
rū an succus pancreaticus acidior sem-  
per generet dysenteriam dubitamus, si  
quidem in apertis cadaveribus s̄pē etiam  
salvo succo pancreatico reperta fuit causa  
à Diamebrock ; Interim tamen quod in-  
terdum possit non negamus.

*Causa* est querenda in tali vi corrosiva  
humorum, vel vi esculata & colocynthia-  
ta propter partic. corrosivas scindentes  
pungentes. Antecedentes & Remota cau-  
sæ sunt omnia illa, quæ humores tales a-  
cres possunt generare & reddere, ut cibi  
acres, facile putrefactantes ut sunt fructus  
horarii, qui ubi putrefacti mutantur eo-  
rum particulae quoad magnitud. sicca,  
figuram : ( quod facile in putredine  
sit ) nacta igitur aliâ figura sunt a-  
cres.

Oritur quandoque ex ipsa massa san-  
guinea, per contagium, quod ubi com-  
municatum fuit sanguinei ; facile enim  
particulae venenosæ possunt intrare per  
poros in maslam sanguineam quam cor-

tumpunt & intestinis deinde communi-  
cantur : similem excitat sib. motum, san-  
guinem ejusque figuram destruit, efferve-  
scientiam auget, unde etiam impetuosis  
mittitur ad intestina, erodit vasa & tuni-  
cas, fluxumque talem purulentum & san-  
guineum excitat.

Alii dicunt fieri hoc à contagio maligna  
& occulta qualitatis, cum videamus et-  
iam in diarrhoea peccare tales humores  
acres & corrosivos, nequaquam tamen ex-  
citari dysenteriam.

Verū magna differentia est inter mo-  
dum agendi, particulae enim non eodem  
modo moventur, motus enim hic multum  
facit.

In dysenteria motus est celerior ita ut  
quasi particulae cum impetu ruant è lu-  
prema regione ad infimam ; In diarrh.  
verò adeſt tantum corruptio in ventri-  
culo, interim massa sanguinea salva est ma-  
netque illæla ; deinde requiritur etiam  
idem effervescentia seu fermentationis  
modus, ut etiam videmus in operationi-  
bus Chymicis.

Sed ortum suum trahit à vitiosa in in-  
testinis effervescencia minus maligna, si  
vero à contagio, magis maligna.

Differentia ; vel à parte affectâ ; Alia  
est levis & benigna, ubi tunica superficia-  
liter saltu lœdatur ; Gravis ubi ulcera  
sunt profunda, unde est immedicabilis, &  
licet consolidentur etiam, tamen alius  
morbus sequitur, hydrops atrophia, ca-  
chexia, tabes, quia nempe pori in pristi-  
num statum non possunt reduci, nam  
orificia vasorum lacteorum non ita  
restituuntur ut antea erant E. vitiatus chy-  
lus.

2. Ab humore excreto seu dejectis;

Xx                  quan-

quando excernitur sanguis purus & floridus, tunc est incurabilis seu saltēm difficultior curatu, quia arteriae sunt erosæ & apertæ; hinc vites pereunt.

Quando sanguis est concretus putulentus, tuncque in exigua excernitur copia.

*Quandoque sanguis excernitur abs que aliis humoribus, & quando sanguis quantitate superat alios humores, tunc dysenteria in specie dicitur, si vero mucus sive alii humores superant sanguinem dicitur dysenteria alba.*

Alia differentia sumitur à subiecto seu intestinis, quandoque tenuia afficiuntur, quandoque crassa, diversa enim est curatio.

*Alia est maligna alia benigna, non quod haec careat omni malignitate, sed gradus sunt, ita ut illa sit benigna ubi non adeo gravia adsumunt symptomata, &c contra.*

*Signa distinctiva debent tradi; nam non omnis dejectus cruentus est dysenteria, quia qui hemorrhoidibus laborant non statim sunt dysenterici, quod etiam bene observavit Crato in suis consiliis medicis, nam in eo est discriminem: in cali fluxu hemorrhoidum semper sanguis praeedit faces, in dysenteria vero vel post five cum fecibus excernitur, deinde considerandus corporis habitus, nempe anger etiam fuerit obnoxius hemorrhoidibus.*

*Diagnostica, vel potius ex ipsis symptomatibus, adest frequens alvi dejetio cum materia acri pingui cruenta putulenta, & vigiliae, anxietates, sitis, vomitus, agitatio &c.*

*Quætitur; Unde proveniat materia*

illa albicans quæ constat ex humoribus ramentosis & pinguis?

Veteres putarunt esse ipsam tunicam intestinoram erosam, verum si hoc esset dysenteria non posset tamdiu durare. E. potius dicimus talia ramenta nihil aliud esse quam fibras humorum, sicuti observatur in sanguine dissoluto in aqua, ubi ejus ramenta alblicant, sunt E. fibræ haec humorum & languinis; fibræ enim in sanguine evacuato si albescunt quare non etiam in corpore.

*Quæ unde proveniat mucus ille? Resp. humoris illi mucosi oriuntur propter imbecillitatem intestinorum, unde nutrimentum intestinorum mutatur in tale pus; Alimentum velò partium posse mutari in pus patet ex oculis, ubi horis matutinis in angulis haeret, & in calcuло vesicæ, ubi etiam talis excernitur materia mucosa.*

*Prognostica; ulcus periculosum in infantibus si nempe profundum; quia fibræ adsumunt laxæ & humidæ, unde facilis datur ingressus, tum etiam quia in infantibus vites facile prosternuntur.*

*Periculosior est in uno subiecto quam in altero; periculosior est in pueris ut modo dictum propter mollia intestina periculosior est in malieribus quam viris, quia magis scatent humore pituitoso, sunt pluribus obnoxiae obstructionibus, unde etiam incurabilis in illis quibus catamenianon fluxerunt. Vel mensium obstructione laborarunt quia jam sanguis restagnans fuit corruptus & acerius factus.*

*Si afficiatur intestinum jejunum, lethale, quia hepatis est vicinum, tum propter copiam valorum lacteorum & meliorum.*

De-

Defuit enim totius corporis nutritio, porti enim laesi non possunt iterum restituiri.

*Facilius in intestinis crassis curatur quam tenuibus.*

*Periculosis est si floridus excernatur sanguis.*

*Periculosis que oriuntur ex contagio; periculosis etiam illa qua habet febrem præ illa ubi febris deest. Vomitus si adsit semper periculosa, si singultus accedit, lethale, si angina lethale, si enim deglutitionis difficultas accedit actum est de agro.*

*E. Medicus semper in hoc debet inquirere, qui laborant obstruktione mensium lethalis.*

*Indicationes Curativa; innituntur suis fundamentis, debemus respicere vires & symptomata; humores quidem indicunt evacuationem, quæ tamen non semper tuto peragitur per alvum.*

*An conveniat V. S. Resp. si corpus est plethoricum & dysenteria potest augeri à sanguine, in plethorici in principio statim cum fructu potest administrari.*

*Deinde, si oriatur à mensium suppressione concessa est, si scilicet viscera nondum sint valde exulcerata, potest fieri in pede.*

*Et si fiat per anastomasis convenienter etiam, si vero oriatur per diapedesim, (vel anathitesin) magis nocet, & sum convenienter diuretica, qui serum edificant per vias urinarias.*

*Contra si vites non constent, si magna adsit anxietas, vigilie, et si adsit malignitas,*

*tas, debemus abstinere à V. S. quia malignitas non indicat V. S.*

*Evacuationes non semper debent fieri per alvum, si enim adsit malignitas, diaphoretica & alexipharmacæ adhibenda & clysteres emollientes & abstergentes incendi, ubi verò malignitas non deprehenditur, convenient purgantia, eascili. quæ siccitatem post se relinquunt, quale est Rhabarbar. tostum. Ut vis illa cathartica corrigitur & ligetur, ne humores nimis commoveat.*

*Curatio; Quo minus æ gri cbum & potum assuumat eo melius, quia quo plus cibi & potus exhibetur fluxus fit major, præstat igitur medicamenta in minoricoppiâ & dosi & saepius exhiberi, nunquam tamen intermissis alexipharmacis & dyseentericis.*

#### *Medicamenta.*

*Radix, aqua & extract. bistorte &c. extract. tormentill. aq. torment aq plantag. succus & syrpus plantaginis. Flores verbasci propter vim anodynæ & parochricam ol. verbasci.*

*Radix symphyti, ejusdemque syrpus & extract. propter lentorem & viscoſitatem corrigis humores.*

*Aquabursa pastoris & folia, aq. & folia equiseti convenient in illa dysenteria ubi sanguis valde seorsus. E. propter vim diureticam.*

*Baccæ myrti, syrpus myrtillorum. Extern. etiam folia quercus imponuntur, ingrediuntur etiam clysteres, syrpus ex foliis quercus, aq. quercus.*

Folia saniculae egreg. vulnerat. valde consolidant.

Flores balanitiorum ; omnibus verò preferendi flores rosarum rubrarum, leniant enim dolorem, confortant, consolidant, clysteribus admiscentur.

Infusi nihil praest antibustinct ros rubr. lenit, confortat, etiam in potu ordinario potest concedi.

Semina papaveris, non in principio sed præmissis universalibus, urgente nimio dolore, vigiliis nisiis. E. in principio nocent, purrodo fit major, humores retinentur; opium præmissis abstergentibus potest exhiberi.

In principio non sunt exhibenda medicamenta adstringentia, ut inquit Crato, ante seprimum diem per os adstringentia non debent exhiberi.

A medicament. chalybeatis abstinentium, E. non convenit lac ustulatum, potiones chalybeatæ etiam, quia ulterius turbant humores & commovent.

Nux moschata egreg. Antidysent. vel in forma pulvis vel aq. destillata fanta luna præprimis si adsit febris.

Conveniunt acacia exsiccata & rob. acaciorum, sed à floribus acacior. abstinentium.

Mistix, ejus aqua decoctum syrup, & oleum.

Torna leporis, h. e. linteum in vere sanguine leporino imbutum, injicitur potui.

C. C. tum ustum tum philosoph. præparatum ejusdem aqua & decoctum syrup. rasura C.C. injicitur potui ordinario, est enim diureticum.

Gelatina C.C. si præparetur juxta mo-

dum in meo pharmaceutico collegio traditum.

Ossa bovina calcinata quia imbibunt particulas acres & corrosivas.

Bolus armena, quia est alexipharm. habetque vim emplasticam.

Lapis crystalli valde commendatur.

Spiritus & tycup, terræ sigillatæ.

Succus rubi idem ; Vinum cydoniorum si ritè sit præparatum valde convenit, ut & vinum tenui, si tempe non sit dulce sed paulo acidum, dulce enim facile bisescit.

Vinum generosum in panca quantitate.

Narcotica, non in principio nisi præcesserint evacuania, clysteres abstergentes, tum urgente dolore, vigiliis, &c.

Clysteribus abstergentibus solum agendum in dysenteria, reliqua per diaforetica.

Ordinem medicamentorum perversit Barbette quia primo prescripsit narcotica.

#### Formula Author.

**R.** Sang. draconis; sed non facilè dissolvi potest, unde cum naulea est conjuncta, E. commode non potest præscribi;

Aqua menthe, si vomitus adsit; potest concedi hic potus non tamen in principio.

Semper & omnibus medivam. admissenda bezoart. alexiphar. ut aq. theriac. discord. omnibus formulis possunt addi; pilula **R.** Laudan. &c. ita illas per se exhibere est periculatum nisi urgent vigilæ, tum ultimis diebus possunt concedi.

Recom-

Recommendantur pilule antidyfentericae D. Waldschmidii, dantur n. V. vesperi ante cubitum, possunt etiam in principio eiususvis dysenteria exhiberi; in quarum compositione notetur, quod theriaca celestis sive minera; si potest prognosia desumi, si exhibentur & prima nocte effectum ediderint ita ut ager sentiat levamen, curabitur, si vero nullum levamen inde percepereis, moritur & omnes moriuntur.

## Topica.

Omnes clysteres debent constare ex abstergentibus, anodynis & consolidantibus; abstergentes valent in principio.

Alternis viciis exhibendi clysteres, ita ut si manè exhibatum fuerit enema abstergens, vesperi exhibeatur consolidans, (si tempore vel pertino exhibitus clyster abstergens, matutino evacuans.)

NB. Opiata rarissime clysteribus addi debent, sed tunc per os sumuntur s. nisi expressum etiam internè.

Limentum, illud exterum potest etiam exhibeti internè.

Linimentis & emplastris semper debemus addere diascordium vel theriacam recentem.

## Purgantia.

Quia homores sunt blandè evacuandi, hinc Rhabarbarum, quamvis sit lene, tam prius debet torresi.

¶. Pulveris rhabarb. parum correfo*ti*  
et i. 3j. vel 3*g*.  
maceris gr. ij. vel iii. m. f. pulvis.

Vel si pulverem respuat æget propter naureas, tunc in forma potionis seq. modo.

¶. Rhabarb. electi 3*g*, infunde per noctem in aq. cichor. manè facta levi ebullitione dissolve in colatura syrapi de cichor. cum rhabarb. 3*g*. crem. Tart. 3j. m. f. potio pro una dosi.

Vel si velimus omittere purgantia clyster. abstergens.

¶. Decocti hordei 3x. vel xij. mellis rosati colati 3*j*. m. f. Enema, quod si magis velimus adstringere & consolidare, possumus addere luci plantaginis 3*j*. vel 3*g*.

Si dolor valde urgeat Enema anodynū potest applicari sequens:

¶. Decoct. flor. verbasci 3viii. sevi cervini in oleo hypericonis solanti optimè 3*j*. m. f. Enema.

NB. Clysteres (præprimis anodyni) in minori debent prescribi dosi, ne dintius reincidentur & dispendendo dolorum augeant, hoc probe observandum.

Ol. Rhabarb. in diffusione descripsit, recommendatur.

¶. Ol. rhabarb. 3*iiij*. S. heylend Ochsen Löffel voll in warm Bier oder Brühe geben, bis singulis diebus.

Si excrementa sint valde foetida, adeoque profundam arguunt exulcerationem, tunc commendatur alumen ustum ad 3*j*. clysteribus deber admisceri & injici per aluum.

Xx 3 Pilus.

*Pilulas ultimò Auth. præscribit semper admiscer opium purgantibus, quod potest concedi si symptomata valde urgent & dejectiones sint frequentes, sufficit tamen gr. 8.*

*Observ. 3. Spiritum vini nonnulli copiose hauriant, ut sele præservent ab hoc morbo, sed peccant & magis se exinde exponunt periculo, quia sanguis hinc fit acrior, & facile aperire potest orificia arteriarum. E. non commendandus, quia reddit humores actiores,*

*Omnis qui moriuntur hoc morbo sphacelo percunt & ipsis intestina sunt sphaecata, quod observatur triduo ante mortem, ubi situs non magis urget, extrema frigent.*

*Si dolor valde urgeat & tamen febricula non percipiatur, aut levis convenit hoc.*

*Rx. Aquatheriacal. 3ij. nuc. moschae. 3ij. vel iv. Zedoaria 3ij. Syrup. de succo menthae, de scoradio aa. 3ij. m. detur cochlearium.*

## C A P. VI.

### *De Fluxu hepatico.*

**Q**uem non tantifacit Author; Veneres credidere fieri illum ob heparis intemperiem frigidam, unde bilis non separata sanguinem facit fluidorem, qui regurgitans per venas mesaraicas, talem excitet fluxum.

*Defin. quia Hepar non bene elaboravit sanguinem, sed serosum planè. E. Hepar planè non est excludendum, sanguis enim factus valde serosus in hepatè propter caloris nativi defectum in arteriis spleneticis adhuc fit vitiosior, referat arterias & talem excitat fluxum.*

*Est affectus non contemnendus & relinquentius, quia post se trahit cachexiam & hydropem propter depravatam nutritionem.*

*Curatur medicamentis antidyfentericis, nempe quæ hepatis simul iunt dictata.*

*Sequens pulvis convenit:*

*Rx. Eboris sine igne 3ij.*

*Hepatis Lupi præparati 3ij.*

*Species diatris sancti 3ij.*

*S. Anhalt. Leber-Pulver vor etlich. mas.*

*Rx. Tinctur. Corallorum Anhaltin. 3ij.*

*S. Corallen-Tinctur ii. Tropfen in aq. sequenti.*

*Rx. ▽ cichor. agrimon. aa. 3ij. vel 3ij.*

*Syrupi corallorum 3ij. m.*

*S. Wasser zur Tinctur.*

## C A P. VII.

## C A P . VII.

## De Ileo.

**D**efin. Est retentio chyli & fæcum: Est dolor acerbus & exquisitissimus ut plurimum & præsertim in intestinis tenuibus, quæ accurato & exquisitiori gaudent sensu: Crassa verò majorem possunt perficere dilatationem & distensionem.

Retentio chyli & fæcum non adest, sed si propriè & acuratè velimus loqui ita explicatur (retentio) quatenus per vias ordinarias non perficitur, nam per vomitum interdum rejiciuntur & chylus non potest ferri neque ad cor neque ad hepat.

*Causa*; Bilis potest esse causa, quatenus fit nimis oleosa vel actior, unde luperat aciditatem succi pancreatici, inde vitiola & plus justo major fit effervescens & sic intestinis intemperies calida inducitur.

Alias proxima causa hujus affectus est solutio continui, adest enim vehementissimus dolor, illa solutio verò fit vel ab hernia, si exponantur intestina acri frigido, unde mutantur pori, hinc spiritus animales non ordinatio influunt modo sed contratio, ita ut una fibra moveatur à parte inferiori ad partem superiorē, quia fibræ sunt laceratæ & invertæ, cum flatus copiosiores contrariantur qui distendunt intestina.

2. *Fit ab inflammatione*: omnis intemperies calida est continua solutio quæ nihil aliud est quam mutatio situs, figuræ magnitudi, &c, quoniam fibræ à se invi-

cem divelluntur, pori mutantur, situs & magnitudo pervertitur, hinc si inflammatio præcedat fibræ à se invicem recidunt, insensibilium partium fit mutatio,

3. *A facibus induratis*, etiam fit hoc malum, ubi obstruuntur pori, intestina valde distenduntur, unde impossibile est fibras eandem posse retinere figuram & situm.

*Signa diagnostica*; incurvant in sensus; Si ab inflammatione tunc subsequitur febris, quoniam particulæ agitatæ in una parte agitant etiam alias. Vomitus adest proprie mutationem pororum & fibrarum, unde spiritus viriose influunt.

*Calor circa umbilicum*; præprimis si intestina tenuia sint inflammata, Excrementsa nulla.

Si ab excrementis induratis; Ventris dolor gravatus, quia residentia in crassioribus intestinis excrementsa talem dolorem excitant, quia crassiora non ita exquisiti sunt sensus.

*Vomitus minus frequens*; quia crassa intestina non habent talem consensum cum ventriculo.

*Anxietas præcordiorum*; qua etiam inventur in quavis tarditate alvi, quia multa misérat a attolluntur que sese insinuant cordi, vel diaphragmati.

*Febris missor*, propter deficientem vel saltē minorem inflammationem, quia crassa inflammantur, estque instar febris ephemerae.

*Motus*

*Motus intestinorum inversi, in omnibus speciebus intestinorum motus quidem est inversus, sed sunt gradus; si motus non admodum lèdatur, sequitur vomitus talis. Quod si verò planè motus sìt ordinatus, nullis legibus possunt coerceri spiritus animales; si enim & clysteres & suppositoria per vomitum rejiciantur periculoso est, quia tum valvulae planè sunt immutatae & aperiuntur.*

*Prognostica; dependet à causis; si fecibus induratis oriatur facilius curatur, quam si ab inflammatione, quia fæces illæ alvi per clysteres possunt emolliri.*

*Si verò ab Hernia in principio quidem admittit aliquam curationem, si verò diu duravit difficulter admittit curationem.*

*Curatu fere impossibilis si ab inflammatione, quia illæ inflammations intestinorum non facile possunt curari, frigida enim non audiens exhibere propter alia gravia symptomata, externa vero eo non possunt pervenire.*

*Periculoso est in senibus propter caloris nativi in opiam, non ita in pueris. Lethale malum si superveniat stranguria, convulsiones urina suppressio, singultus.*

*Si adhuc suppressio urinæ, tanta adeo extensio ut etiam pertingat usq; ad ipsam vesicam.*

*Indicationes curativa; dolor mitigandus tanquam symptoma urgentissimum, [ad quod ditigenda cura] sed non narcoticis, potius remotione cause dolore illum excitantis, quoniam fæces nunquam poterunt educi si exhibeantur narcotica & opiate, spiritus animales figuntur, intestina non possunt iterum re-*

*poni, nisi in inflammatione, ubi particulae nobiles figuntur.*

*Intestina inversare restituenda, illa autem restitutio non potest ita facile fieri, nisi emollientia & discutientia, carminativa & fomenta externa adhibeantur, fæces E. debente emolliri, flatus dissipari,*

*Curatio; in inflammatione prodest V. S. quia ibi adest sanguinis effervescencia, quæ debet sedari à V. S. alias nocet, quia ita vites magis dissipantur & resolvuntur.*

*Quo fortiora adhibentur medicamenta, sive sint purgantia, eo magis alvus obstruitur, hinc potius emollientia & dissipantia adhibenda.*

*Concurbitulæ; quia sic flatus dissipantur & resolvuntur, præoptimis si præcessit colica flatulenta, ubi nullus est exitus fæcis alvi.*

*Sectio, est violentum remedium, [ubi abdomen aperitur & fæces manibus eximuntur & intestina restituuntur, ] ideo negligitur; si verò ab hernia intestinali ortus si ileos, si æger eam velit admittere, sine dispendio vita poterit fieri & cum salute.*

*Clysteres, magis valent quam alia medicamenta, quæ per os assumpta statim iterum per vomitum tejiuntur, unde tota curationis spes consistit in legitimo uso Enematum.*

#### *Formula.*

1. Constat nimisi refrigerantibus in inflammatione intestinorum.

2. Constat sudoriferis, quod per sudorifera passio iliaca facilius curatur quam per narcotica & purgantia.

3. In

3. In facibus induratis; totum negotium & curatio consistit in eorum emolitione quod purgantia fortiora non praestant quæ humores magis irritant & flatus augent; hinc pulvis ille in *Authore prescriptus* non debet exhiberi nisi in casu desperato.

*Pilule iliace*; non sunt exhibendæ nisi in morbo extremo & casu desperato, sunt enim valde validæ.

*Præsentaneum remedium est si globulus exhibeat in volvulo vel etiam duo de-glutiantur, Riverius parat globulum ex Mercurio vivo &c cera, vid. River.*

*Observ. 1.* Causa mortis fuit inflamma-

tio intestinorum quam secuta est postmodum fæcum induratio & retentio.

*Observ. 2.* Illa intestina ita convolvuntur à flatibus.

Dicta Enemata prosunt hæc.

4. *Olei lini, raparum* ℥<sup>ij</sup>.

*S. Chystier.*

Vel

5. *Cerevis. recentis fermentantis* ℥<sup>ij</sup>,  
applicetur ex tempore.

Vel

6. *Aque fontana calid.* ℥<sup>j</sup>.

*Salis communis* m<sup>b</sup>. m.  
fit. Enema. Reliqua petantur  
ex *Authore*.

## C A P. VIII.

### De Dolore nephritico.

**D**efinit. Dolor nephriticus nihil aliud  
est quam solutio continua, quæ fit  
vel à calculo vel ab humore aceti.

Quotum hic morbus sit referendus ad  
causas an ad symptomata, dilputant Au-  
thores alii referunt ad causas morbiticas,  
alii calculum referunt ad symptomata re-  
tentorum & excernendorum.

Intensissimus adest dolor propter ma-  
gnum consensum qui est renibus cum aliis  
partibus.

Partes affectæ; Sunt renes secundum  
totam suam tubstantiam.

*Causa*, Author duplice agnoscit  
causam, lympham actiorem & erosio-  
rem vel lympham crassitatem, quod atti-  
net primam (aciorem) illa pungendo  
gravissimos lumborum dolores excitat &

excitare potest citra calculi etiam præsen-  
tiam, quod observatur in scorbuticis &  
hypochondriacis ubi saepe fallitur Medi-  
cus; Ex hac lympha acriori & sirosiori  
calculum non generatur, cum plures per  
multos annos arenolas emittant urinas  
nec tamen adest calculus; Ex lympha ve-  
rò crassa (quæ nihil aliud est quæm pituita  
crassa lenta vicosa & glauco) Author  
dicit generari calculum, & sic cum veteri-  
bus consentit, qui causam calculi dicunt  
humorem pituitosum crassum & viscidum;  
causam vero efficientem esse calo-  
rem igneum. Hæc sententia firmo stare  
talo nequit: Si enim materia calculis est  
pituita crassa, tum in illis partibus ubi ab-  
undat pituita in cerebro sc. & ventriculo  
frequentius deberet generari calculus,

Yy quod

quod tamen non sit, neque calor causa efficiens esse poterit, alias juvenes propter calorem illum igneum magis deberent esse obnoxii calculo quam senes, quod tamen negat experientia. Et sic in febribus & inflammationibus sape deberet generari &c, nec in fluvius & fontibus possint generari topicum calor absit; Et si concederetur pituitam esse materiam calculorum calculi deberent esse friabiles ut in podagra concreta illa materia est, quod tamen non est.

Alii dicunt, spiritum lapidificum esse causam efficientem calculi, materiam vero salia terrestria, uti observamus in vino concrescere illa salia atque inde fieri tartarum.

Verum cum non possit explicari nec intelligi quid sit ille spiritus lapidificus, non possumus credere ita generari calculum; Et cum sal tartari crystallatum iterum possit dissolvi, calculus vero non, salia illa non possunt esse materia calculi: accedit & hoc quod multi edant cibos salitos nec tamen inde fiant calculosi. E. Authore ete clarius debent explicare, quid sit spir. lapid. nos dicimus esse Non Ens,

Veram E. materiam calculi dicimus esse salia & materiam terrestrem; Causa vero efficiens est humor valde constringens & austerus, cuius particula sunt valde hamata (sicuti fieri videmus omnem concretionem a tali humore) acida quidem etiam sed non tam firmiter infinguntur. E. facilè possunt dissolvi; hinc non excludimus plane sal sed cum aliis concurredit. E. humor austerus est causa efficiens, salia vero cum materia terrestri sunt materia, omnia acida corrigit austra, sic si spiritus nitri assundatur calcu-

lo sensim corpus ejus iisque cit & dissolvitur a contratio, & hæc est ratio quare Spiritus nitri tantam habeat vim lithontripticam.

*Humor mucosus & viscidus vesica unde proveniat?*

¶. Quia ubi dolor ibi humorum affluxus, jam calculus vesicæ gravissimos excitat dolores, unde humores copiosius influunt, vesica fit crassior, sicut in omnibus illis patuit qui talem urinam mucosam extrevere, jam quoniam temperies vesicæ fuit corrupta, omne alimentum non potest sibi assimilare quod deinde corruptitur & mutatur in tale extrementum mucolum & viscidum, tempore in calculo vesicæ.

*Different. nunc à lympha tenui nunc à calculo.*

*Signa diagnostica;* habent eadem symptoma ipsam ægri constitutionem debemus examinare, si sit à calculo facilimè urina supprimitur.

*Urina guttatim prodit si unus ureter saltans si obstructus, si vero ambo plane supprimitur & oritur Ischuria.*

Dolor circa lumbos, stupor impedit femore sinistri interdum etiam dexteri, propter compressionem nervi seu musculi cui incumbant renes; accedit statim Nausea & Vomitus.

Observamus etiam copiosas arenulas, nempe in fundo ipsius matulæ, in affectione hypochondriaca adhaerent lateribus seu patetibus matulæ; In calculo arenula sunt dura, in affect. hypochondr. vero sunt friabiles.

*Pragnoſtica;* si adsit exulceratio malum semper pejus est, si adsit urinæ suppressio malum,

In

*In senibus difficilium curatur propter graviora symptomata, dolorem & inflammationem, qua non facile ferunt senes & aetas impar est huic oneri ferendo.*

*Indicationes Curative;* In doloris mitigatione plurimum situm est, quia impossibile est curare calculum sine mitigatione doloris, rationem dat Helmontius, quia dum calculus ingreditur ureteres fit ureterum spasmus convulsio & uretères contrahuntur, quam contractionem & convolutionem Helmontius vocat crispaturam, siquidem etiam testis in illo latere retrahitur ubi dolor est, quod adesse crispaturam etiam probat, deinde cristaatura illa probatur ex omnimoda urinæ suppressione ut & alvi quia spiritus animales non possunt influere; si adsit talis cristaatura debemus abstinere à purgantibus & diureticis, siquidem dolorem augent sed anodyna & narcotica summo cum succello exhibentur. E. opiate sed ea cautele exhibita convenientiunt.

*Indicatio;* lymphaterosior temperanda, debet autem temperari ab acidis quia est salina.

Calculus magnus non movendus, atque tum diuretica exhibita dolorem augent neque movere poterunt quia via est impar.

*Curatio;* corpus cacochymicum pugnetur nempe lenibus saltem medicamentis quia fortiora innocent ut & al. mercur. &c.

*An conveniat V.S. si respiciamus illa symptomata ut inflammationem renum & dolorem que sic præveniuntur à V.S. convenit utique, alterantia in principio, ubi calculus nondum adeo magnus,*

Clysteres optimè hic audiunt quia alvus semper retinenda aperta.

*Diatasis exalta, potus non sit nimius nec cibus quoniam ventriculus in consensu trahitur prodest elus raphan, videntur lac & caseus.*

#### *Medicament. antinephr.*

Hæ omnes radices sunt diureticæ; si urina cruenta, convenient radix liquiritiae & althææ propter viscositatem arith.

Ab herbis valde calidis debemus abstinere.

Flores aquilegiz, calcarippæ & herbarum memoratatum flores convenient.

*Ficus* propter vim diureticam & vulnerariam.

Sem. milii solis optimum, carminativa hæc convenient propter colicam, ▽ alkekeng. & ejus trohisci & ejus extract. decoct. hordei, per lig. Herocleoticum A. intelligit.

*Balsam Sulphuris anisat. parcus exhibendus propter metum inflammationis. Tarratus, Spitus, tinctura, sal.*

*De salibus nota;* Autores commendant salia lix. vialia; ut onorind. &c. Verum notum est omnia lixiviofa statim infringi ab acidis. E. salia ista à fermento & acido ventriculi infringuntur, unde deponunt vim suam lixiviale statim antequam possint pervenire ad renes E. frustra adhibentur.

#### *Formulae.*

*Decoctum Auth. sua constat laude*

*Xy 2*

&

& potest securè exhiberi ut & sequens mixtura seu sq. placeat, quia constat leniortibus diureticis non ita fortibus.

Notandum hic error vulgi, dum externe imponunt avenam calidam, quia si augetur intemperies calida & siccata (calor & siccitas) renumque inflammatio sit maior, hinc potius præstant fermentationes humidae ex herbis in lacte coctis.

#### Dolor colicus.

Si doloris solùm mitigationem desideremus, sufficiunt formulæ traditæ & ex illis medicamentis possunt fieri.

Sciendum tamen est, à qua causa oritur dolor colicus, certum est, dari colicam pituitosam, ubi convenienter phlegmago-  
ga.

N.B. Datur etiam colicabiliosa & scorbutica quæ oritur duplaci modo & causa 1. ab humore quodam bilioso acrimonia tuâ salinâ & erodente peccante ; 1. 2. oritur ab humore melancholico suâ aciditate excedente : utriusque particulæ tum biliosæ tum melanch. tene iusinuant tunicis intestinorum seu in plexus nervorum mesenteriacos sœviant intestina distendendo & convellendo dolores excitant, conqueruntur tunc de lummo lumborum dolore & perit umbilicum intra trahi ; Quæ nunc à bile oritur curatur per acida quale Spiritus nitri & omnibus bilem pinguiorem temperantibus. Quæ vero ab humore molancholico oritur colica, ejus acor immanis est corrigendus per vere quodam testaceo, qui nihil aliud est quam talis qui habet vim imbibendi particulas tales acres, ut creta, oculicancror C.C. neque hæc curiosalunt, sed magna præstant usum in re Medica.

*Est & colica quadam scorbutica*, ubi ætri queruntur de intenso dolore circa lumbos & non in intestinis sed in musculis abdominis, ibi melenterium afficitur, & causa morbifica hæret in plexibus nervorum quem succus nutritius est depravatus, sèpè terminatur in paralyzin & cessante paralysi redit dolor consuetus, convenienter antiscorbutica & nervina, diuretica, sudorifera.

Si ab ira oriatur colica. [E à bile] ut quis propter iram incidat in eam convenit seq. Recipe, Ol. amygd. dulc. ʒi. manna calebrin. ʒvj. Mfc. S. Vermisch't Mandelöl kan in einer Suppen beygebracht werden.

Deinde

Recipe, Rad. liliæ, ab acetos fæniculi aa. ʒij.

Herb. mercurial. verbasc. metallot aa. Mj.

sem. anisi. papav. alb. aa. ʒij. coq. inf. q. aquæ.

Recipe, Colatur. ʒix. adde Elekt. hierpicra, diacathol aa. ʒvi. ol. amygd. dulc. charmon. aa. ʒi.

F. Clyster qui applicetur statim.

In Calculo.

Si medicamentum aliquod leniens desideretur potest præscriptibile :

Recipe, Mann. Elekt. ʒ. S. olei amygd. dulc. ʒi.

Vini malvatici q. l. M. f. Potio.

Con-

Convenit in calculo & colica, vel

**R.** Electuar de tamarind cum fol. senna ʒij. solve in aq. fragor. adde Crem. tart. ʒi. Syrup. rosar. solutiv ʒvj. aq. diuretica ex nucleis ʒij. f. cochlear j. M. f. potio.

Decoctum sit expectatur:

**R.** Decoct. flor. & fructum ʒij. fol. senna parat. ʒii. Crem. tart. ʒij.

Syrup. diaforeos ʒij. M. f. potio.

Sequuntur diuretica:

**R.** Liquor. dinret. ex Tart. & nitro qui valde laudatur.

Externè potest fieri fermentatio hunc in modum;

**R.** Herb. malv. parietur. branc. ursin. aa. Mij. flor. chamomill. verbasc. melitot.

aa. Mj. rad. alth. ʒij. sem. fanugrec. ʒi. carvi ʒi. lucila & contula grossè dentur ad chartam. S. Species iu 2. Säcklein in Milch zu kochen.

Si vero linimentum velis, **R.** Ung. rosat. de althea aa. ʒij. ol. scorpionis ʒij. M. f. linimentum. S. Mirren. Salb/abdomen etiam posse inungi. Decker formule tuto possunt dari.

Aqua graminis etiam valde laudatur in calculo; videmus in brutis, dum per hyemem vescuntur feno, obnoxia sunt calculi, quod observare licet quando hyeme mactantur; dum autem estate iterum vescuntur gramine, solvitur calculus & animalia ista bruta iterum eo medimento à calculo liberantur.

## C A P. IX.

### De Uteri suffocatione.

**D**E finit est congeries multorum morborum & symptomatum; hinc ferè omnes Medici solent configere ad uterum ubi talia gravia symptomata concurrent.

Actiones hoc in morbo ferè omnes leduntur; Naturales, ubi adest corporis laxitudine, appetitus prostratus, nauclus, vomitus, fistidium.

Vitales lœsas ostendunt subitanea virtutum prostrationem paroxysmo, pulsus immutans interdum planè deficit, respiratio vel lœsa vel tubulata planè.

Actiones animales leduntur quia corrunt subito, motus oriuntur convulsivi & affectiones spasmoidæ, ægræ mole-

stantur à strangulatione quadam, quasi præcludantur fæces.

**Causa;** intricata hac controversia valde agitata fuit, inter veteres, quænam veritas causa suffocationis hystericæ; Veteres putarunt causam esse uteri dislocationem, ut quasi sursum trahatur & comprimit diaphragma hoc pulmones inde non possent dilatari, hinc dicit illis cæpiratio orientatur; quam sententiam adhuc defendit Oettingius in suis curationibus.

Sennertus videt falsitatem hujus opinio- nis, considerando connexum firmorem uteri cum reliquis partibus vicinis, hinc contrariam dicit hanc sententiam principiis anatomicis, & uterum non nisi vi posse

Y 3 posse

posse dislocari, ipse vero statuit hanc causam, quod nempe testes & tuba uteri inflentur, agitentur & dislocantur a semine corrupto, quam sententiam etiam amplectitur Riverius.

Itaque certum est, uterum in se non posse dislocari, quoniam tamen est pars membranosa facilè potest inflari dislocari aliquo saltem modo variè hinc inde etiam potest convelli, ita ut aliquo modo motum varient & difficilis respiratio orietur.

Verum hæc commotio non potest esse causa tantorum symptomatum gravissimorum, quomodo enim delirium possit excitare soporem, convulsionem, Syncopem seu deliquium & alia quæ adesse solent symptomata; hinc alti purant le horum symptomatum rationem dari posse credunt, si dicunt, illam inflammationem fieri ab aura quadam maligna quæ exhalat à sanguine & seminre stagnante & putrescente, à quibus elevatur aura illa venenosa cerebro & cordi valde & maxime inimica.

Hightorus dicit nec uterum nec hypochondria affici sed pulmones, & pulmones agnoscit pro subiecto; pro subiecto, probat (1) quia à sanguinis missione juvetur morbus, quatenus ab ea sanguinis fluxus & motus impetuosus in pulmones sistitur, unde non magis ab isto impetuoso sanguinis in pulmones influxu distendantur, nec posse comprimere diaphragma: (2) à juvantibus & non centibus, si dentur illa medicamenta quæ habeant vim sanguinem dissolvendi & resolvendi, ita ut possit iterum intrare veniam pulmonarium, sicq; iterum refluere, tum statim cessare malum dicit, jam au-

tem talia adhuc bentar in morbo; (3) ratione desumit ab insigni lesione, quæ deprehendemus ex coosuetate suppressione evacuationis ut v. g. quando menses fluxere, & ille fluxus supprimitur jam in paroxysmo.

Verum positis his non videmus (1) quomodo illa, que sunt valde extenuata, quomodo virgines qua chlorosis laborant & tam sanguinum abundantiam non habet sed consumpta est, possint esse obnoxiae huic malo.

(2) Si pulmones essent subiectum, tunc facillime possent inflammari à sanguine & semper oriaretur peripneumonia; qua semper deberet excipere suffocationem hystericam, quod tamen nunquam fuit observatum.

Primus fuit Carolus Piso qui correxit & refutavit hanc opinionem, & causam dicit esse illuviem sericolam circa principium nervorum testagnantem.

Hæc opinio præ aliis magis videtur probabilis, cum tamen symptomata non semper oriarentur à cerebro primari, sed saepe etiam ab infimo venire, ait adhuc causâ querenda.

Si igitur symptomata oriarentur primi à cerebro, ut sunt sopor, vertigo, motus spasmus, tunc subiectum est, cerebrum & causa ibidem habet; Quod si verò conquerantur de murmure alvi, fluctuatione, de tumore & globulo palmarum representante, tum morbus oritur ex vasis uterinis & mesenterio, nulla enim pars in corpore feret quæ ita multos habeat nervos variosq; plexus nervos quæm mesenteriū; si itaq; in tali a liquo plexu colluvies sercola colligatur,

fit

„fit hoc malum, excitat spalnum, motū convulsivum, melenterii, quod deinde hinc inde fluctuat & moveatur. Quod et à exipli Autoplia probat. Authores (in sectis hysteris mortuis semper uterū invenerunt extra culpam, è contra vero illuvicē serosā in cerebro & melenterio humores vitriolatos & acres:) qui defudarunt & occupati fuerunt invenienda causa hujus morbi; denique probatur etiam quia passiones animales plurimum producunt hunc effectum, quia spiritus animales hinc primariè afficiuntur à mœrore & tristitia.

*Curatio est duplex in & extra paroxysmum.*

*In paroxysmo exhibenda quæ sunt dictata generi nervoso.*

Spiritus animales excitant, frictiones & ligationes fortes institutæ: vellications etiam pilorum debent institui, insufflationes cum graveolentibus.

Suffumigia etiam ex graveolentibus v.g. ex callis equorum prunis impositis, facile excitat ægrum hoc.

Solent etiam mulierculæ uti pennis, linteo, (die blaue Leinschnür) quibus tradunt peculiarem virtutem sed ex superstitione, omnia qua in Epil. & Apopl. etiam hic convenient.

*Convenit modus ex ruta, castoreo.*

*Internè possunt darisequentia.*

¶. Aq. vite mulier. 3ij. hysseric. Quercitan. 3vj. mentha 3ij. meliss. c. vino destill. 3vj. sry. de beton. 3ij. l. iii. M. S. Mutterwasser.

Vel

¶. Specif. cephalic. 3ß. S. Vitis verlein a. i. m. quod est egregium medicamentum, in sequenti aqua.

¶. Aq. hirund. c. castoreo 3j. matricaria 3x. S. Wasser zum Pulver.

Vel

¶. Spirit. C. C. volatil. veletiam Spirit. salis armoniaci volat. 3j. detur ad vitrum angusto collo S. Mutter. Spiritus xj. xv. Oder xx. Tropfen a. i. m.

¶. Aq. puleg. arthemis. hyster. Myrsinæ. aa. 3j. Syrup. papav. errat. 3ij. M. S. Wasser zum Spiritus.

¶. Elixirii uterini Mabii 3ij. vel iii. S. Mutter. Elixir 20. bis 30. Tropfen: potest dari in aq. precedenti.

Hoc commendamus tanquam arcanum in affectib. uterinis; hoc exhibito statim cessat paroxysmus & ægra præservatur à sequenti, hoc malo.

*Externe Emplastr. poterit applicari umbilico, v.g.*

¶. Cerati matricalis q. s. ducatur super alutam, in medio ponantur tria grana Zibethi, reliqua vero illinatur ol. galbani, & obducatur sindone rubro.

D. in forma usitata. S. Mutter. Pflaſter auf den Unterleib zu legen.

*Extraparoxysmum convenient eadē medicamenta & purgantia quæ in epilepsia & apoplexia, si modo sexus habeatur respectus,*

Hoc

Hoc Enema revellens potest praescribi.  
*Ex.* Herb. puleg. matricar. malva aa.  
 Mj.  
 Flor. anthos. calendul. aa. p. j.  
 Rad. levistic bryon. alth. aa. 3*j.*  
 Sem. Danci, carvia aa. 3*lb.* Coq. in  
 f. q. aq. font.

Colatur. *Ex.* 3*x* adde Electuar. de  
 baccis lauri 3*lb.* hiera picre 3*j.*  
 lumbricor. terrestr 3*lb.* vi-  
 telli ovi. salis gemma 3*lb.* M. f. E-  
 nem ex tempore applican-  
 dum.

## C A P . X.

## De Hernia uterina.

**E**st iuxta Veteres, quando uterus pro-  
 labitur ut dependeat & impedit in-  
 gressum.

Auctor corrigit hanc sententiam, &  
 dicit fieri quandam relaxationem tunicae  
 interioris rugosae.

Causam dicimus esse vel nimios labo-  
 res partus, dum propter conatum istum  
 ligamenta ita laxantur ut non possint con-

trahi, etiam à nimio humorum affluxu,  
 quinimum ligamenta humectant.

Requirit illa medicamenta que conve-  
 niunt in hernia intestinali; Curati de-  
 bet adstringentibus & convenienti balnea  
 adstringentia, Emplastrum contra ru-  
 pturam, item suffitiss repellentes: Inter-  
 nè etiam adstringentia & genit nervo-  
 sum corroborantia.

## C A P U T XI.

## De Menstru suppressione.

**D**efinit, etiam dicuntur flores sup-  
 pressi à nonnullis.

Generalis est definitio, quoniam etiam  
 in gravidis supprimunt nec tamen por-  
 tendit quid mali. E. sic neque in gravidis  
 neque laetantibus talis obstructio.

Rectè refertur ad symptomata excre-  
 torum & retentorum, quia hic retinentur  
 quæ excreti debent.

Pars affecta; Subjectum verum est u-  
 terus, reliqua tamen partes & viscera per  
 confessum efficiuntur, uti ventriculus,  
 quod appetit ex nausea & appetitu pro-  
 strato, vomitu.

Lien etiam & hepatis, ut patet ex laesa  
 sanguificatione, cachexia; pulmones &  
 cor, ut ostendit difficultas respiratio & lipo-  
 rhythmia, quæ lymphomata in illis depre-  
 benduntur.

Auct. dicit ventriculus semper est ori-  
 go, quod concedi potest, si obstrutio ori-  
 ginem sumit à cruditatibus sanguinis, si  
 vero à plethora non potest originem de-  
 sumere à ventriculo.

Causa; est humor crassus & viscidus;  
 Causa vera est dividenda in proximam;  
 Proxima est vel sanguis vel humor cras-  
 sus, vel valorū compressio & obstrutio.

Sanguis

Sanguis quantitate peccans in plethora, nimium distendit vasā, unde fibra mutantur mutatis tū fibrarum poris spiritus animales non possunt influere, unde sanguis restagnans coagulatur eisque fluxus impeditur, quia ob mutationem pororum vasorum etiam suo munere fungi nequeunt; sic lotium excerni nequit propter extensionem vesica quia contrahi nequit, vasā semel distensa non possunt iterum reduci & contrahi.

Vel sanguis peccat defectu & paucitate, quando sanguis per alias vias evacuat unde sanguis imminuit & tanta copia non adest, ut debito tempore possit fluere, sed impeditanda materia huic flaxi; vel etiam sanguis à gravioribus morbis consumptus est & consumitur.

Nec etiam in gravidis & lactantibus fluent, quia sanguis abit ad ubera & nutritionem fætus.

Vel etiam sanguis peccat qualitate, ut sit vel nimium viscidus crassus tenax ob intemperiem viscerum, v. gr. si ventriculus laboret in temperie frigida, & accedet intemperies hepatis calida, tunc sanguis primò elaboratur crudus, postmodum vero in hepatē planè aduritur, vel etiam crassitatem induit ob admixtionem aliorum crassorum humorum, & sic humor crudus & crassus excitat morbum.

Vel oritur ab uteri clausura, quæ est sive naturalis & tum incurabilis nisi maturè occuratur; vel adventitia, & ascititia, & tum propter cicatricem & callum etiam non admittit curationem.

Vel etiam vasā (uterina) saltem comprimuntur ut non possint fluere menses, quod sit in obesis.

Causa remota, vel anteced. potest esse vitiosa viscerum dispositio ventriculi hep. & lieni: præprimis ipsius uteri ejus vel calida vel frigida intemperies; Frigida quatenus constringit vasā vel crassa facit sanguinem; calida quia potenter refolvit & sic consumet sanguinem & quatenus consumitur humiditas.

Etiam examinandæ causæ procatare & i-  
cœ 5. 6. res non naturales; si virginis mem-  
bris fluentibus lele exponunt aeri fri-  
gido, sic enim pori constringuntur, vasa  
clauduntur & sanguis coagulatur; & sic  
non potest curari facile.

*Animi patemata graviora etiam;*  
*præprimus moror & irsitia, quia san-*  
*guinis accensio in corde impeditur omnes-*  
*que coctiones vitiosæ sint.*

Different. oritur à sanguine nimio vel  
justo pauciori, vel à valorum angustiis,  
quæ vel naturalis vel adventitia.

*Diagnostica;* affectus hic non est co-  
gniti difficultis modo agræ confiteantur;  
sanguis vagatur per arterias unde lassitudi-  
no & gravitas totius corporis, conque-  
runtur de motu vario in arteriis in prin-  
cipio.

*Nauseam patiuntur & vomitum ob*  
*sanguinis restagnationem & corruptio-*  
*nem;* pica à nimia acrimonia humorum,  
qui facile aescunt si deficit ipsis liber mo-  
tus.

Pallent, febricitant ob lassam sanguinis  
constitutionem, diarrhoeam patiuntur ob  
lassam effervescientiam in ventriculo adest  
fluxus albus ob intemperiem & corru-  
ptos humorum in utero, unde nutrimentum  
non potest assimilari.

Baculus in collo, & sapè videntur suffocari, quia deficit effervescentia sanguinis in corde, vel diaphragma & pulmones comprimuntur & nimium constringuntur, unde vapores stipici se agglutinant musculis colli.

Dolent renes, propriam nimiam vasorum distensionem, convelluntur compatiens cerebro à vaporibus illis acribus & malignis.

*Sign. lactis Hipp. &c. quia etiam mammas viri lac generatur, & etiam in iis que nondum experta sunt suppressionem mensum.*

Principia signa sunt pallor faciei, tumor pedum, respiratio difficultis, præprimis si scalam ascendere debent, adeo nautea interdum vomitus, inflatio ventriculi, sapè etiam inflatio ventris, ita ut non patientur nimiam vestium constrictiōnem.

*Signa distinctiva; quæ admodum necessaria sunt, ut possimus distinguere inter gravidas quæ etiam habent talem suppressionem mensum, & inter suppressionem quæ adeo sine imprægnatione.*

In gravidis color faciei non adeo mutatur, ut in illis qui laborant suppressione mensum: ubi primo facies flave scit postea pallescit. Certum etiam signum à symptom. est, lymphomata indies in suppressione mensum augmentur, in gravidis vero accrescente fœtu remittunt & cessant & tandem post tertium mensum fœtus motus percipitur in utero.

*Prognostica; est affectus curatu difficultis, præprimis si oriatur ab humore crasso & viscido, quia ille non potest evacuari, deinde si viscera sint debilitata, quia tunc statim regenerant humorum talem vitiosum.*

Deinde etiam propter graviora sympt. ut convulsion. phthisio &c.

*Curatur facilime si oriatur à plethora, per solam V. S.*

*Indicat. curativa; si ab obstructione vasorum tunc humor crassus præparandus, quia alias non potest evacuari.*

Vomitus posset quidem convenire ratione naufragiæ, sed ratione partis affectæ non audemus, quia humores trahuntur versus partes superiores ex nimia concusione.

*Fermenta viscerum sunt confortanda.*

Magis methodicæ indicationes respiciunt vel languinem quantitate peccantem, evacuandum, vel paucitate regenerandum, uteri clausura; quod fieri debet manus chirurgicâ.

*Curatio; purgantia non debent esse fortiora, quia non evacuent sed magis commoverent humores.*

*Plethoricis Vena secunda; si mensum suppressione oritur à nimia languoris quantitate, ante tempus fluxus administranda in brachio, nempe quando non instant menses; Instante vero tempore mensum in pede vel talo, quod probè notandum.*

*Auct. iuber ut hypochondria constringantur, quia sic impediuntur exhalationes.*

*Suffumigia fœtida, quia sic talia illa præcipitantur.*

*Enemata, præprimis si alvi constipatio adsit.*

*Q. Si ex antiqua mensum suppressione oritur morbus acutus, v.g. angina, pleuritis, &c. an V. S. instituenda vel in brachio vel in pede.*

*R. Utique incidentiam esse venam in brachio & partibus superioribus, quia peri-*

periculum est in mora, & citius petiret  
ægra quam posset solvitalis suppressio.

### Medicamenta.

Omnia Medicamenta moventia menses participant de sale volatili & acri, ut & de sale quodam oleoso: unde vim habent incidendi & attenuandi sanguinem.

(Omnia illa enim adhibenda quæ habent vim incidendi. E. volatilia salia & oleosa convenient.)

Omnia medicamenta ex bryonia convenient præprimis aqua bryoniæ, & quidem compositæ quæ in Anglia usitata est.

### Gentianæ aqua extract.

#### ▽ Zedoaria.

Folia Sabina, ejus aqua, oleum extract. quæ tamen non adhibenda suspe&is.

Aqua melissæ simplex & composita.

Sal melissæ, artemisia.

Aq. pulegii egregie menses movet, & spiritus pulegii faltutæ, majorana, salvia.

### Formula Authoris.

#### 1. est Tinctoria.

2. Pilulæ laxativæ NB. ut & omnibus aliis medicamentis & purgantibus debent admilceri specifica semper.

3. Pilulæ ex ammoniaco, quæ summo cum successu præscribi possunt, tales etiam habet Sylvius.

Præmissis universalibus, ad fortiora progrediendum. E. sequitur pulvis ab Authorे præscriptus.

Sequitur decoctum laxativum; deinde nodulus, qui potest irritari vel aceto ali-

quo vel aqua hysterica, vel hitundinum cum castoreo.

Quoniam est effectus chronicus & non tam cito potest curari, ibi convenienter potius vina medicata, de quibus ægra sapientia potest sumere haustum, primum in prandio & coena, vulgo enim putat Medicum non esse doctum si non semper aliquod prescriberet.

### Formula Dictata.

3. Rad. Enula, campan. opii, zedoar.

aa. 3ij.

Fol. Salviae, artemisia, rubra, melissa odorifera aa. mj.

Flor. calendul. mß.

Semen dauci levistic. aa. 3j.

Crem. Tart. 3j.

Folior. sennae 3x.

Rhabarb. 3ij.

Agarici 3ß.

Ialappæ tinctoria castorei irrorata 3ij.

Cortic. citri, arantior. aa. 3ij.

Incisa & contusa includantur sacculo ex sindone. S. Säcklein zu einer Maß Wein.

Hoc notatum dignum, quod sanguis mensstruus spiret odorem florum calendulae; unde hic creduntur specificum, quod nota Riverius.

Si præmittere volumus præparantia & incidentia:

4. Croci Martis aperitiv. 3i.

Facul. bryon. 3j.

Salis fraxini, armoniaci aa. 3ß.

Succini preparati 3j.

M. f. pulvis, dividatur in 8. partes æquales. S. Eröffnendes Pylver auf vier Tage Morgens und Abends zunehmell.

Zz 2

5. Ex

**P.**. Extrakt. cattal. 3*j.*

Extrakt. hellebor. nigri gr. v.

Trochisc. albandal. gr. iii.

Cum essentia sive tintura castorei f. l. a.  
pilulae n. 15. aspergantur faculæ bryoniae.  
S. pürgierende Mutter. Pillen  
ausseimahl.

Specifica.

**P.**. Essentia ad menses D. Michaelis  
3*j.* S. Mutter. Essen alle Morgen  
30. Tropfeli in ag. pulegi, oder Po-  
ley. Wasser.

**P.**. Elixir. Lunatici D. Geilfus. 3*iiij.* S.  
Mutter. Elixir. 2*s.* Tropfen in Me-  
lissen. Wasser.

Debemus semper rationem habere cor-

roborationis viscerum; hicc convenit se-  
quens pulvis Costeri, quem optimum sem-  
per expertus sit.

**P.**. Spec. dianthus, diarrhedon, aa. 3*j.*

pulveris asari, treos, cyclamin dictam-  
ni albi, aristoch, rotund, cyperi, gentia-  
na, zedoarie aa. 3*j.*

Succini albi, myrrha, cinamom. aa. 3*b.*

Semin. seselios, dauci aa. 3*j.*

Essentia curi saccharinata ad pondus  
omnium: m. f. Tragea.

S. Stärkendes Pulver zwey Messer spic  
voll Morgens, Mittags und Abends;  
vid. Costerum, potest esse instar omnium  
si nonnunquam interponantur leniter  
evacuantia.

## C A P U T XII.

### De partu difficulti.

**D**efinit. Est interclusus factui exitus  
scilicet instanti legitimo partus tem-  
pore, quod addendum definitioni.

**P**ars affecta; Variæ lunæ & certò non  
potest determinati, nam quandoque est  
uterus adstrictior, interdum membranæ  
caesiæ, &c.

**C**ause; Etiam sunt variæ; vel enim  
in causa sunt mulieres nimis delicatulæ,  
vel viæ si vel nimis sint exsiccatae vel mi-  
nus patentes, vel factus ipse nimis gran-  
dior.

**O**bservand. (1) Nunquam exhibenda  
sunt partum promoventia medicamenta,  
nisi verum & legitimum partus tempus  
instet, & in hoc peccant multi Medici,  
hinc non sunt in principio adhibenda sed  
tum quando dolores augentur & sympto-  
mata adfunt graviora, si obstetrix situm  
factus potest explorare manibus, si adfunt  
fortes conatus.

2) Abstinendum ab illis medicamentis  
& plane si fetus tentet exitum in situ præ-  
ternaturalem, quia nihil juvant.

3) Singulis terè momentis cordialibus  
& confortantibus parturienti succurrendum & extra & intra; Reliqua sunt com-  
mittenda naturæ.

Medicamenta Authoris sunt lande-  
digna & tuto possunt praescribi.

,, Notandum; Medicamenta partum  
,, promoventia etiam danda esse ante par-  
,, tum, s. vel 6. septimanis ante partus tem-  
,, pus, ubi uti lolemus humectantibus &  
,, relaxantibus, ut musculi humectentur,  
,, hinc convenient balnea & iunctiones.

Balneum sequens s. 6, vel 7. septim.  
ante convenit.

**P.**. Rad. altheæ 3*iiij.*

Lilior. arbor. 3*iiij.*

Herb. malv. artemis. meliss branc.  
ursin. flor. chamomill. aa. mij.

Lilior.

Lilior. albor. malv. aa. mj.  
Incisa grossè dentur. S. Species gum  
Kräuter-Bad.  
Rx. Unguent. emollient. vel clysmatis  
zj.  
Axung. gallin. zj.  
Olei chamomill. zß.  
M. f. unguentum.

S. Salb zum Leib!  
Et hæc sunt quæ pro præservatione  
possunt præscribi ante partum.  
Nam in ipso partu.

Ante omnia debet inquiri an alvus sit  
aperta nec ne. E. talis clyster.  
Rx. Herb. mercurial. arthemis. flor.  
malv.  
Chamomill. aa. mj.  
Fol. litor. albor. p. ii.  
Rad. alth. bryon. aristoloch. rotund.  
aa. zij.  
Colatur.

Rx. Saltem zvj.  
(nam in minoñi quantitate debet  
injici, ne nimium distenduntur in-  
testina: )  
dissolve  
Electuar. lenitiv. zß.  
Borr acis Veneti zß.  
Olei. litor. alb. amygdal. dulc. aa.  
zß. viteili ovi. f. clystma.

Postmodum instante partu & ingraves-  
centibus symptomatibus ad alia acceden-  
dum.

Rx. Pulv. ad partum Augustan. ßj.  
borracis Veneti ßß. M. pulvis. S. Pulv  
ver auff einmahl.

Rx. Pulv. ad partum Augustanor. zß.  
Salis volatilis succini gr. v. m. f.  
pulvis. S. ut ante.

Rx. Hepat. anguillarum pulverisati,  
rasura ligni sabinæ aa. gr. xv.  
Margarit. præparat. gr. vij. m. f.  
pulvis S. ut ante.

Rx. Spirit. fulginis, spirit. secundinaro.  
aa. zj. S. Sonderlicher Spiritus  
30. oder 40. Tropfen auff ein-  
mahl.

Rx. Væimperial. lil. albor. aa. zj.  
Melissa compositæ zß.  
Lap. percarum, succini præparati  
aa. ßj.

Confekt. Alkerm. zß.  
Julep. gemmat. incomplet zß. m.

S. Stärkender und treibender  
Trank / alle halbe Stunde  
zwey Löffel voll.

Rx. Axung. serpent. ßj.  
o 3 succini ßß. M.

S. Säblein in den Nabel zu strei-  
chen: sed nota, post partum sta-  
tim debet removeri.

Nota; Nonnunquam in ipso paroxys-  
mo propter nimios conatus superveniunt  
motus corrallivi, & tunc non solum par-  
tum promoventia sed & anti-spasmodicā  
sunt exhibenda, ut

Rx. Arcani Epileptici ßß. ad ßj.  
S. Pülverlein auff einmal im schwar-  
zen Kirschen. Wasser/ simul  
hic pulvis etiam promovet par-  
tum, est & Anti-Epilepticum  
& Antispasmodicum.

Nonnunquam post partum superveni-  
unt dolores colici à sanguine coagulato ni-  
mium distendente, tunc externè adhi-  
bentur carminativa.

In doloribus colicis puerperarum:  
Bz. Chamomill. vulgaris, Romanae,  
melilotia aa. mß.

absynth. artemis. mench. crispa,  
matricar. meliss. puliegii, ser.  
pilli, flor. calendula aa. mß.  
sem. anethi, anisi, carvia aa. zjj.  
incisa grosse dentur ad chartam.

S. Species gegen die Nachwehe / pos-  
sunt in sacculo includi & coqui in  
vino vel lacte vel aqua, & expre-  
sus imponi externè.

Internè.

Bz. Sperm. ceti elect. zß.

S. Schmerzen stillend Pulver auf-  
einmal wider die Nachwehe.

Etiam symptoma familiare est puer-  
peris alvi obstrucțio, ubi caute proceden-

dum est, quia purgantia nocent & solum  
leuitivis movenda.

Nota ; Lochiis naturaliter fluentibus  
nunquam purgandum præsertim primis  
diebus, constat enim experientia, illas  
quibus secundo tertio quartoque die dia-  
rhea accidit, ut platinum interice;  
quod si lochiis suppressis post septimum  
aut non diem alvi fluxu corripiantur,  
liberari ut plurimum: quo igitur longius  
distat puerpera à diebus partus, eò tuti-  
us administratur medicamentum pur-  
gans & contra.

Facilimè etiam incidunt in febres pu-  
erpera, quarum curatio potest desumi-  
ex Riverio, qui securam & suam in his  
methodum medendi docet.

### C A P. XIII.

#### De Nimio mensum fluxu.

NB. IN principio hujus affectus optimè  
convenit V. S. in brachio præpri-  
mis si sit ob insignem anastomosam, in aliis  
causis tutius adhibentur medicamenta  
adstringentia.

Bz. Tinctur. Martis aperitive zjj.

S. Stahl-Essenz 25. Tropfen  
auf einmahl.

Bz. Spernicola Crollii gr. iv.

S. Stopfendes Pulverlein auf-  
einmahl.

Recommendamus etiam pulverem D.

Timei à Huldenlee.

Bz. Rad. urtic. mortua, cort. radicis  
mori, acinorum granatorum aa. zj.

Lap. hematit. zj. gr. xv.

Laudani opiat. ß. m. f. pulvis.

S. Unhaltendes Pulver/dos. zß. potest  
exhiberi in sequenti emulsione.

Bz. Amygdal. dulc. zß.

Sem. melon. cucum. aa.

Excorticatorum zj.

contusa emulgeantur cum aq. bnr-  
sapastoris, plantag.

Folior. quercus aa. zjj.

Colatura adde aqua cordialis tem-  
perata zß.

Manus Christi perlatas ad gra-  
tiam.

#### S. Stärkende Milch.

Multa etiam externa adstringentia  
& fluxum impedientia adhibentur vel  
in forma Emplastri vel linimenti, de  
quibus habet Decker. multa enim videri  
possunt in curatione dysenteria, qua hic  
etiam possunt exhiberi.

Nota